Volume n. 1

numeri 84

[illegible marginal note]

De elemosinis religiosorum — Rubrica .j.

.j. Item statuimus et ordinamus quod elemosine faciende per communitatem Tuderti infrascriptis religiosis, fiant et fieri debeant hoc modo infrascripto videlicet quod Camerarius camere communis Tuderti teneatur et debeat dare et solvere de pecunia ipsius communis omni anno de mense octubris sine aliqua proposita vel reformatione in aliquo consilio dicti communis propterea facienda, infrascriptis religiosis infrascriptas pecunie quantitates, videlicet fratribus sancti Fortunati Centum libras cortonensium. Fratribus sancti Laurentii Octuaginta libras cortonensium. Fratribus sancti Augustini septuaginta libras cortonensium. Et fratribus sancti Marchi triginta libras cortonensium.

Quod in consilio populi bis in anno de elemosinis faciendis generaliter proponatur — Rubrica .ij.

ij Item statuimus et ordinamus ad hoc ut civitas Tuderti perpetuo pacis beneficio potiatur quod dominus Capitaneus populi vel alius officialis communis Tuderti qui consilium populi huiusmodi ~~congregare~~ faciet mandari teneatur et debeat proponere in ipso consilio populi ad minus bis in anno videlicet semel decem diebus ante festum nativitatis domini, et semel decem diebus ante festum paschatis resurrectionis eiusdem. Quid placet ipsi consilio providere super elemosinis faciendis per dictum commune generaliter religiosis, ecclesiis et pauperibus [illegible], et id quod tunc in dicto consilio deliberatum fuerit super predictis executioni mandetur. Dummodo elemosina que deliberaretur fienda per dictum commune in aliqua dictarum festivitatum excedere non possit quantitatem ducentarum librarum sine gabella.

De proposita facienda de petitione fratrum quorumcumque ordinum pro elemosinis faciendis eisdem — [in capitulo preiudiciale] — Rubrica .iiij.

[library stamp]

[...] Cap. civit. tud.

iiij. Item statutum quod potestas teneatur ad petitionem fratrum ordinis Laicorum et aliorum fratrum cuiuscumque ordinis ponere ad

ppti. consilium generale comunis Tuderti, et quod per ipsum consilium ordinet et deliberet de elemosina facienda ipsis fratribus tempore quo capitulum provinciale fiet in eorum conventu. Et illud quod in ipso consilio deliberabitur per potestatem executioni mandetur sub pena centum librarum cortonensium. Et quod Dom. d. Cap.

Cam. camerarius comunis Tuderti teneatur dare et solvere ipsis fratribus cum effectu de avere dicti comunis id quod deliberatum

ad cor[...] fuerit et provisum per dictum consilium, sub pena decem librarum cortonensium.

f De loco concedendo fratribus minoribus in tenuta castri Colli aquile. — Rubrica — xxiij. xxiij

xxiij Item statutum quod fratribus minoribus de Tuderto detur et concedatur locus pro ecclesia hedificanda in tenuta castri Collisaqle extra et iuxta ipsum castrum, sicut quod olim fuit assignatus per capitaneum et consules civitatis predicte.

f De bonis ecclesiarum defendendis — Rubrica xxiiij. xxiiij

xxiiij Item statutum quod ~~teneantur~~ potestas et capitaneus civit. tud. teneatur et debeat bona et iura ecclesiarum et piorum locorum dicte civitatis et comitatus eiusdem ~~bona ecclesiarum~~ defendere, manutenere et conservare pro posse, et in predictis eisdem exhibere suum consilium et favorem quotiens fuerit opportunum.

f De procuratoribus concedendis ~~fratribus~~ religiosis — Rubrica — xxv. xxv

xxv Item statutum quod potestas et capitaneus civit. tud. ad petitionem fratrum minorum, predicatorum et aliorum fratrum civitatis vel comunis Tuderti teneantur ~~et debeat~~ dare et concedere eis et cuilibet quorumcumque eorum ordinum procuratorem seu syndicum qui agat et defendat iura ipsorum religiosorum in quacumque curia Tudertina sine sumptu sive salario aliquo per comune Tuderti solvendo tali procuratori vel syndico.

f De inclusis intelligatur sine salario — Rubrica xxvj. xxvj

xxv

Item [statuimus] quod omnes Incluse [in quocumque loco] et Carcerate civitatis [vel] et comitatus tudertini ad primam agendam tantum audiantur super eorum petitionibus et confessionibus salario ac firmantiis et diebus feriatis et non feriatis diebus feriatis in honore dei dumtaxat exceptis —

breviter summarie et de plano sine strepitu et figura iudicii —

f De picturis [manu] tenendis rubrica — L. — C. di.

xxvi

Item statuimus quod omnes picture site in ecclesiis [vel] in palatiis civitatis tudertine de ymaginibus dei et beate Marie virginis et aliorum sanctorum dei [illegible] teneat et si aliqua reactatione indigeret teneatur potestas et capitaneus civitatis predicte [illegible] facere quod reficiatur [capitaneus] ad penam xxv lib. [illegible] pro quolibet eorum negligente [illegible].

manuteneat et conservet in tegere et illese expensis communis tudertini.

f De pena Cantantium vel [illegible] monasterium [illegible] [alie mulieres recluse] [illegible] et Carceratam rubrica — C. xxvii. — iiij di.

xxvii

Item [statuimus quod] Nullus audeat de die vel de nocte cantare [sive aliquid istorum sonare] ante Carceratam vel monasterium seu Carceres vel aliud inhonestum facere. Contrafaciens [illegible] in viginti solidis puniatur. Item quod nullus [cum ioco] stet [illegible] ante talem Carceratam [illegible] cum voluntate ipsius mulieris, et qui contrafecerit post prohibitionem et etiam [illegible] libras in viginti solidis [illegible] puniatur [illegible] pro qualibet vice [illegible] puniatur.

alie mulieres [ibi] sive [illegible] recluse ad primam agendam sive [illegible]

f De pena vagantium [sive cantantium vel aliquid inhonestum dicentium vel facientium] [illegible] rubrica — C. xxviii. — iiij di.

[illegible] vel locum religiosum [illegible]

xxviii

Item statuimus quod nullus [illegible] aliquo tempore et maxime diebus dominicis et festivis stet [illegible] ante vel prope aliquam ecclesiam vel locum religiosum ad Cantandum vel vagandum seu inhonestum aliquid dicendum vel faciendum [illegible]. Contrafaciens in aliquo predictorum de facto in — xl — solidis [illegible] puniatur [illegible] [in aliquo capitulo statuti] [illegible] puniatur [illegible].

[seu in ipsa ecclesia vel loco religioso]

Item quod dominus potestas [tudertinus] teneantur vinculo iuramenti eligere custodes secretos prout eis videbitur convenire qui [illegible] sacramentum [illegible] [illegible] denuntient omnes et singulos contrafacientes in aliquo predictorum. Et predicta per civitatem tudertinam [illegible] voce publice [illegible] semel tempore regiminis [illegible] potestatis et capitanei civitatis eiusdem —

[illegible] potestas stet in quolibet [illegible] [illegible] relatori et assessori cum officiali potestatis seu capitanei civitatis tudertini. Et quod potestas sive capitaneus cum officiali predicta vel aliquo predictorum [illegible] [illegible] quartam partem [illegible] [illegible] in camera communis tudertini [illegible] deveniat.

[illegible] sine strepitu et figura iudicii [illegible] [illegible] officialibus [illegible] potestas sive capitaneus [illegible] quarta [illegible].

ARCHIVIO - BIBLIOTECA COMUNALE TODI

2v

f De provisione facienda fratribus sancti Fortunati — Rubrica — xxviii.

iiii. Item statuimus et ordinamus ad laudem et reverentiam dei et sanctissimi Fortunati confessoris quod decem diebus ante festum eius quod fit et celebratur ultimo die mensis Junii in civitate Tuderti, dentur et solvantur integraliter quolibet anno per camerarium camere comunis Tuderti ipsis fratribus sancti Fortunati sexaginta libre cortonenses de pecunia dicti comunis.

Item diebus xxvii

f Quod potestas et capitaneus mictat familiam suam ad ecclesiam sancti Fortunati in nocte diei veneris sancti. Et in die translationis sanctorum Fortunati et Cassiani. — Rubrica — xxviii. xvii

xvii Item statuimus quod potestas et capitaneus mictat familiam suam ad ecclesiam sancti Fortunati nocte diei veneris sancti ad reprimendum illos qui facerent bactisterium ut non destruant chorum vel alias res dicte ecclesie. Et etiam in die translationis sanctorum Fortunati et Cassiani, ne aliqua iniuria vel molestia inferatur vel fiat venientibus ad dictam ecclesiam.

et expellendum

f De festivitatibus sanctorum Augustini et Laurentii celebrandis custodiendis. Et de cereis ad ipsas ecclesias portandis — Rubrica — xxxviii.

v Item ad honorem et reverentiam dei sanctorumque Augustini et Laurentii statuimus et ordinamus quod potestas civitatis Tuderti teneatur et debeat tres dies ante festum sancti Augustini et tres dies ante festum sancti Laurentii publice banniri facere in locis consuetis per civitatem predictam Tuderti ad duas tubas, quod omnes homines et mulieres de civitate Tuderti debeant cum omni reverentia et devotione dictas festivitates beatorum Augustini et Laurentii custodire ad [illegible] ipse potestas etc. teneatur. Et quod omnes homines debeant ipsum potestatem associare ad ipsas ecclesias de mane cum misse celebrantur et portari facere ad quamlibet dictarum ecclesiarum unum cereum sive tortitium [illegible] sine aliquo alio stantiamento quorum pretia solvi debeat per camerarium camere comunis Tuderti de pecunia [illegible] dicti comunis. Et quod ipsi cerei debeat teneri accensi dum missa celebratur et quod homines de civitate Tuderti cum potestate dum ad dictas ecclesias vadit debeant sotiare.

celebrare 29

quolibet eorum

sine aliquo alio stantiamento

dictas ecclesias

Et quod tunc homines dicte civitatis cum dicto potestate eundo ad ecclesias predictas debeant sotiare.

De pena equitantium post nonas in vigilia sancti Fortunati. Rubrica — CLXXXXV — iiij di.

xv Item statuimus quod nullus [audeat vel] Civis, Comitatensis vel forensis presumat in vigilia sancti Fortunati post nonas hora none ire equester per Civitatem Tuderti, et facientes non presumat in decem libr. den. pro qualibet vice. Et nos potestas sive Capitaneus vel quis alius rector communis Tuderti de facto exigere et ei accipere teneatur pro dicto communi sine aliqua pena. Et predicta et infrascripta banniant in dicta vigilia de mane. Ita tamen quod predicta non intelligantur in forensibus transeuntibus per Civitatem Tuderti, eadem recto tramite per eorum facti, nec intelligatur in illis qui portaret blavam vel lapides ad ecclesiam dictam. Item quod nullus cuiuscumque conditionis existat possit in dicto festo et eius vigilia vel alio quocumque tempore intrare equester dictam ecclesiam vel aliam quamcumque ecclesiam ad penam predictam, et de facto ut supradictum est auferenda, portantibus blavam et lapides ut supra dicitur dumtaxat exceptis. Et quilibet possit facientes contra [illegible] denuntiare et accusare, et eius nomen teneatur in credentia, et habeat medietatem banni. Et quilibet rector Civitatis Tuderti teneatur predicta executioni mandare ad penam centum libr. den. et sub vinculo iuramenti. Et predicta banniatur per quemlibet [illegible] expensis communis potestatis et capitanei in dicta vigilia de mane per Civitatem predictam.

Marginal notes: pena — Civitatis predicte ab eo — absque aliqua processu sive sententia prout placuerit — tunc temporis — quod opera [illegible] sive accusatori [illegible] communi [illegible] potestatis et capitanei — correctum est hic capitulum novum [illegible]

Quod cause relictorum operi et ecclesie sancti Fortunati summarie diffiniantur. (capitulum novum) xxv

xxiiij Item statuimus quod in causis et super causis, litibus et questionibus legatorum ad pias causas relictorum vel relinquendorum per quacumque personam in eius testamento vel alia ultima voluntate, Conventui seu ecclesie sancti Fortunati vel ipsi ecclesie vel pro fratrum minorum ecclesie, iudices communis Tuderti ad quem opere deputati possit et debeat cognoscere, procedere et summarie et de plano diffinire et exequi breviter sine strepitu et figura iudicii, omni appellatione remota, ac diebus quibuscumque et feriatis, exceptis illis dumtaxat qui ad honorem dei sive fiorum vindemiarum vel statuto communis fuerint feriati.

Scribatur post hoc capitulum aliud novum capitulum quod est in [illegible] sub [illegible] potestate et balia [illegible]

ARCHIVIO [illegible] TOD

De pena facientis violentiam in festo et ecclesia sancti fortunati. Rubrica — lxx. iiij. di.
(interlinear: aliter mulieri)

xlvij. Item statuimus quod quicumque in festo sancti fortunati vel festo translationis eiusdem in ipsius ecclesia violentiam fecerit alicui / adulterium seu verecundiam alicui mulieri aliquo / puniatur pro qualibet vice in decem libris ultra alias penas in statuto contentas quod semper firme remaneat quod communis [illegible] communis tudertini contentas.

(right margin: vel iniuria alicui)

De pena artium non facientium cereum in festo sancti fortunati, quod quilibet qua arte pro cereo solvat. Rubrica — lxxxx. iiij. di.

(left margin: Mutetur hoc capitulum infra post capitulum — xxx. quod est in facto Degenti.)

vij. Item statuimus quod xv. diebus ante festum gloriosi confessoris beati fortunati protectoris et defensoris communis et populi tudertini in locis solitis per civitatem tudertinam publicetur quod quelibet ars de civitate que aliquem inter eos (?) consules solita est eligere vel cereum facere in dicto festo teneatur et debeat quolibet anno facere cereum non coloratum aliquo colore appositivo, arte contrafaciens in centum solidis denariorum pro qualibet vice puniatur. Et singuli homines artifices ipsius artis ad cereum faciendum compellantur. Item quod nullus artifex possit nec debeat cogi ad solvendum pro cereis faciendis in dicto festo nisi pro una arte tantum, videlicet pro illa arte quam ipse artifex magis continue exerceret, et de hoc stetur iuramento talis artificis sine [illegible] aliqua. Statuentes quod si qua ars civitatis tudertine eciam que consules eligere consuevit, non fecerit cereum sive [illegible] argenteam in festo sancti fortunati et eum vel eam non obtulerit in vigilia ecclesia sancti fortunati more aliarum artium, consules facere eligere non possit. Et si homines dicte artis consules elegerint sive fecerint, dicti sic electi pro consulibus ab aliquibus non habeantur nec debeant ab aliquo officiali dicti communis pro consulibus reputari, et aliquid ut consules non debeant exercere, declarans quod omnes et singuli Centiaioli qui sunt et in futurum erunt intelligantur esse et sunt de arte pizicaiolorum, et cum hominibus ipsius arte dicte arte contribuere teneantur ad omnes expensas nec [illegible] aliter artis prefate pizicarie.

(left margin: que debeat; tales; pro solvendo declaratur)

associate ad ipsas ecclesias demane qn missa celebratur.
et portari facere ad qualibet dictarum ecclesiarum unum Cereum
sive torticium valoris sex lib. cortt. sine aliquo alio stan-
tiamento, quorum pretia solvi debeat per camerarium camere com(un)is
Tuderti de pecunia et avere ipsius com(un)is Tuderti. Et
quod ipsi cerei debeant teneri accensi cum missa celebratur. est de niss

f Quod quelibet ars in festo sancti fortunati se debeat
congregare — Rubrica — xxx.

vj Item ad laudem et reverentiam dei et beate marie vir-
ginis et sancti fortunati et aliorum sanctorum quorum corpora
requiescunt in ecclesia sancti fortunati, statuimus et ordi-
namus quod Consules cuiuslibet artis, quindecim diebus
ante festum sancti fortunati faciant congregari homines sue
artis, et per ipsos providere et ordinare quod habeant ce-
reum et luminaria in sero vigilie dicti festi pro offe-
rendo ipsum cereum apud dictam ecclesiam in sero predicto.

Hic debet intrare capitulum clxxxxj scriptum supra in precedenti facie

De Cereis portandis per syndicos comunium in festo sancti
f fortunati — Rubrica — xxxj.

viij Item statuimus et ordinamus quod quelibet universitas
cuiuslibet castri et ville comitatus Tuderti teneatur
in sero vigilie sancti fortunati portare ad civitatem Tuderti
unum dupplerium de cera bonum et sufficientem, et illum
representare in pede scalarum palatiorum comunis Tuderti officiali
qui per dominos priores populi tudertini ad hec fuerit
deputatus. Et nulli de civitate Tuderti ipsum
+ dupplerium dare debeant, set suis manibus ad ecclesiam
sancti fortunati ipsum portare debeant et offerre.

f De Cereis offerendis per famulos in festo sancti fortu-
nati — Rubrica —

viiij Provida deliberatione pensantes quod famulorum cum
aliis comorantium consuetudo olim diutius observata de

Anno domini ccc xlv die xviij Jan. in generali consilio cassatum fuit hoc cap. et ad b... et pat... xviij ... de ano... non obst... et de se... absente marano

4v

Cereo offerendo in festo gloriosissimi fortunati, erat lau
dabilis, et com(mun)i Tuderti honorifica, ac volentes d(i)c(t)am
bonam et (honorabilem) ~~antiquam~~ consuetudinem iam derelictam, iterato resumere,
~~p(ro) honore (et) utilitate d(i)c(t)i co(mun)is~~ presenti lege statuim(us)
q(uod) omnes (et) singuli famuli q(ui) morant(ur) cu(m) civib(us) (ut) (et) comitat(ini)s
sib(i) Tudertinis, maiores quactuordeci(m) annis, teneant(ur)
et debeat singulis annis in festo s(an)c(t)i fortunati ~~offerre~~
~~ferant~~ de mense Junii, in d(i)c(t)a ecc(lesi)a s(an)c(t)i fortunati offer
re cereum, quemadmodu(m) t(em)p(or)ib(us) retroactis face(re) (con)sueverunt.
Qui famuli possint, teneant(ur) (et) debeant anno quolibet
eligere duos ex se ipsis, qui ~~possint et~~ potestatem et
auctoritatem habeant p(ro)vid(en)di oportunis q(uod) d(i)c(t)o cereo ~~fiendo~~ fa
ciendo, imposituram int(er) ipsos famulos face(re) (distribuendi) (et) ip(s)am (et) exi
gere, ut eis videbit(ur) (con)venire.

f De electione duor(um) viror(um) qui recipiant cereos i(n) festo
s(an)c(t)i fortunati — R(ubri)ca — XXV.

t Item (statuim(us)) q(uod) d(omi)ni priores p(o)p(u)li (Tud.) teneant(ur) (et) debeant trib(us) vij
diebus an(te) festum s(an)c(t)i fortunati, eligere duos bonos et
legales ho(m)i(n)es, q(ui) assignent omnes cereos q(ui) portant(ur)
de co(mun)i (Tuder.) p(er) syndicos castror(um) (et) villar(um) comit(atu)s Tuderti.
Et q(uod) d(i)c(t)i cerei p(ro)p(ter)ea offerant(ur)
ad eccl(es)iam s(an)c(t)i fortunati. et q(uod) d(i)c(t)i cerei p(ro)p(ter)ea offerant(ur)
ad altare s(an)c(t)i fortunati d(i)c(t)e ecc(lesi)e.

(Comunitas)

f Q(uo)d quelibet communitas faciat i(n) festo s(an)c(t)i fortunati
luminaria — R(ubri)ca — XXVI.

21 Item statuim(us), q(uod) co(mun)itas cuiuslibet castri (et) ville comitat(us)
Tuderti. teneat(ur) in festo vigilie festivitatis s(an)c(t)i fortu
nati, face(re) in eor(um) castris (et) villis luminaria (et) falodia
ignis, in quolibet loco magis congruo (et) decenti prope
eor(um) castra (et) villas.

f De pen(a) p(ro)icientiu(m) lapides in circuitu s(an)c(t)i fortunati. R(ubri)ca — XXVII. 21

XXI Item statuim(us), q(uod) nullus audeat, vel p(re)sumat p(ro)icere
lapides infra menia vel circuitu(m) loci (ecclesie) s(an)c(t)i fortu
nati, vel p(ro)icere sp(er)ulas ~~cu(m) balistra~~ vel pallectas
cu(m) balistra, vel arcu. Contrafaciens, puniat(ur) qualibet vice
(cuilibet) in decem (XX) s(olidis) d(enariorum) et stetur relationi fr(atr)is vel sa
cristarii conventus d(i)c(t)i loci.

xlj

Capitulum nonum compilatum ... f. cclxviij

Quod habentes bestias teneantur certas salmas deffer-
re ad opus ecclesie sancti Fortunati.

Item statuimus, quod omnes et singuli tam cives quam comitatenses et forenses
Tudertini, habentes in ipsa civitate, vel comitatu, aliquas
bestias, aptas et ydoneas ad somandum, teneantur ipsorum sump-
tibus deferre quolibet anno, usque quo completi fuerint quinque
anni, incepti in anno domini millesimo CCCXLiij, die decimo.
decembris, apud ecclesiam sancti Fortunati, pro opere dicte ecclesie, duas
salmas ad minus pro qualibet ~~dictarum~~ bestiarum, lapidum
sive arene, vel calcis, de illis locis dicti comitatus de qui-
bus mandatum fuerit per suprastantes dicti operis, sub pena
solidorum, centum, cortonensium pro quolibet contrafaciente. Quam
penam quilibet officialis communis Tuderti iurisdictionem habens
tali contrafacienti, de facto teneatur auferre, sine aliquo
processu, ~~ad petitionem dictorum suprastantium~~. Ita tamen, quod
nullus possit invitus cogi ad predicta, nisi de mense Ianuarii,
aprilis, octubris, et decembris, cuilibet dictorum annorum. Et
quod omnes et singuli syndici castrorum et villarum dicti comitatus ~~Tuderti~~,
teneantur ad petitionem dictorum suprastantium, assignare eisdem omnes
personas habentes aliqua de dictis bestiis, in eorum castris et
villis. sub pena. librarum. decem. cortonensium. pro quolibet dictorum syndicorum
contrafacientium, ~~et qualibet vice~~. Et quod priores dicte sup-
erstites in qualibet parte civitatis Tuderti, eligant ad minus
duos homines, qui eisdem assignent omnes personas habentes aliqua
de dictis bestiis in civitate, burgis, vel subburgis Tuderti
ad penam predictam. Et quod pro predictis effectualiter
exequendis, omnes baiuli et banitores dicti communis ~~Tuderti~~ tenean-
tur dictis suprastantibus ad eorum requisitionem obedire, et facere
de requisitionibus et banimenta de predictis, iuxta beneplacitum
dictorum suprastantium sub pena. solidorum. centum. pro quolibet ipsorum
et qualibet vice. Insuper teneatur dominus potestas et capitaneus,
~~et eorum~~ et cuilibet ipsorum iudices, et officiales, et quilibet
eorum, ad petitionem dictorum suprastantium, cogere cum effectum, et
de facto, et sine aliquo processu propterea faciendo, omnes predictos civitatis et
comitatus predicti habentes aliqua de dictis bestiis, ad observationem omnium
predictorum.

ad petitionem dictorum suprastantium

vel sine processu propterea faciendo vel promulgando

4v 5v

Capitulum novum correctum de dicto f. xlvj — Quod syndici et procuratores constituti per Guardianum loci de Spine xlviij
tis admictantur ad accusandum et intrandum de dapnis datis.

·xlviij· Item statuimus quod Guardianus loci fratrum minorum de Spine
tis. Tudertine diocesis. possit et sibi liceat pro conventu et loco
predicto et eius nomine, constituere et ordinare unum vel plures syn
dicos vel procuratores, seu syndicos vel procuratores ad denuntiandum
et accusandum in curia Tudertina, omnes et singulos dapnum
dantes, seu turbationem vel molestiam inferentes in bonis et rebus
dicti loci. Et quod talis procurator sive syndicus ad denuntiandum de
nuntiationes sive accusationes et etiam ad intrandum super ipsa denuntiationes vel
accusationes, admictatur, et pro legiptimo denuntiatore seu accu
satore in dictis casibus habeatur, sicut per formam statutorum sive ordi
namentorum dicti comunis admictuntur, et pro legiptimis denuntiatoribus et accusatoribus
habentur, cives Tudertini, denuntiantes vel accusantes male
ficia huiusmodi in corpore rebus propriis commictentes. Et quod
exceptio huiusmodi talis syndicatus sive procuratoris, opponi non possit,
quod Instrumentum talis syndicatus, sive procurationis, quod Guardianus dicti loci,
qui talem constituens non sit vel fuerit Guardianus dicti loci,
vel quod alius talem syndicum vel procuratorem constituere non possit. Durum
constet eum esse de ordine fratrum minorum. Et quod contra
les denuntiati vel accusati puniantur, quemadmodum puni
rentur, si per cives Tudertinos vel comitatinos de rebus in quibus tale maleficium illatum
esset dicerentur, denuntiati vel accusati fuissent. Et quod
talis constituens, vel eius successor, possit talem syndicum sive
et procuratorem ad sui beneplacitum revocare, et alium de
novo constituere. Et nichilominus huiusmodi denuntiatoribus sive ac
cusatoribus per se vel per syndicos seu procuratores dicti loci, quandocumque
renuntiare, prout sibi placuerit, ante quam super huiusmodi
denuntiationibus vel accusationibus sententia fuerit promulgata.

f. Quod non et qui ~~relassimento capitulum~~ et offerant capitulum, et quod offerri
non possint — Rubrica — lxxxiiij. — f. ante · dr.

xxviii. Item ad honorem et reverentiam omnipotentis dei, et ~~beate~~ [beatissime] [gloriosissime]
semper virginis et beati Fortunati confessoris et ~~totius~~ cele
stis curie, statuimus ~~et ordinamus~~ quod dominus Capitaneus
populi [tudertini] ~~et quo loco eius fuerit~~ vicarius iuramenti, decem diebus
ante nativitatem domini nostri yhesu christi, et decem diebus ante vene
rabilem diem veneris sancti, in quo idem dominus noster yhesus christus pro redemptione humani generis extitit
crucifixus ~~fuit~~, et decem diebus ante festum sancti Fortu
nati, teneatur proponere in Consilio populi, quod unus vel plures incarceratus in carceribus communis tudertini magis pauperibus condempnatus pro malleficio in quolibet dictorum festorum debeat sive debeant offerri, ac relaxari et eximi, ipsorumque banna et condempnationes cassari et cancellari et subsequenter
~~plures captivos vel captivi in quolibet dictorum festorum~~
~~detentos et condempnatos, seu detentum et condempnatum pro~~
~~maleficio in carcere communis Tuderti, magis pauperes et~~
~~egenos, sive magis pauperes et egeni, debeat sive~~
~~debeant relaxari de ipso carcere, et ad pristinam libertatem~~
~~reduci, et ipsorum banna et condempnationes tolli et cassari.~~
Et si in quod in ipso consilio deliberabitur de predictis, ita per
ipsum dominum Capitaneum ad effectum perducatur, ad penam ducen
tarum librarum. Dummodo ~~in aliquo dictorum festorum~~ nullus ad dictum benefitium admictatur,
qui condempnatus fuisset pro homicidio, proditione, vel incendio,
sive qui pro aliquo malleficio commisso [per eum vel alium manu] in personam alicuius civis vel comita
tensis Tuderti cum sanguinis effusione, vel sine, de quo pacem non habuit ab ipso offenso vel ab
~~seu non fuerit inter partes~~ seu qui ultra quantitatem [ipsius heredes]
trecentarum librarum cortonensium, pro aliquo malleficio condempnatus fuisset, aut qui alias oblatus et relaxatus
~~sive qui alias oblatus vel relaxatus~~ fuisset ~~de dicto carcere~~ [fuisset per dictum commune.]
possit ~~vel debeat de dicto carcere relaxari~~. Nec etiam
plures simul, quorum condempnationes insimul summam librarum
trecentarum dicte monete excederent, possint vel debeat offerri et
~~de dicto carcere~~ relaxari. Nec etiam aliquis qui in
trecentis libris tantum, sive in minori quantitate fuerit
condempnatus pro aliquo maleficio, [non possit ad benefitium predictum admicti,] nisi eo casu quo condem
natus fuisset in libris trecentis, prius in ipso carcere
steterit per integrum ~~terminum~~, vel si in minori quantitate
condempnatus fuisset, prius in dicto carcere steterit pro
tanta contingerit ad ratam predictam. Hoc intellecto,
quod in omnibus predictis, habeatur respectus solum ad originalem
et primeriam condempnationem, non ad augumentum aliquod
ex post facto eveniens ob moram et contumaciam non solventis.
Item quod domini priores populi [tudertini hic debeat ap] ~~debeant ponere~~ se notitiam omnium ipsorum carce
ratorum ~~tunc in carcere detemptorum~~, et ea legi faciant

ARCHIVIO - BIBLIOTECA COMUNALE TODI

6v

faciant in dicto consilio (et per ipsos duos priores in ipso consilio
debeat declarari, qui ex ipsis ~~captivis~~ carceratis in minori quanti
tate fuerit condempnati, et qui sit magis pauper, et qui
eorum offerri et relaxari possit. (Et deinde secundum deli
berationem dicti consilii, eos offerri et relaxari de dicto carcere,
ipsorum quod condempnationes et banna cancellari et cassari facere
teneantur. (Et si secus factum fuerit, talis ~~cassatio~~, provisio, et reformatio, ac
oblatio, relaxatio, cassatio et cancellatio ~~ac provisio et reformatio~~ in
~~aliqua~~ ~~subsecuta~~, ipso iure non teneant, set nichominus tales oblati et relaxati
predictis non obstantibus, pro exbannito et condempnato, prout prius
fuerat, penitus habeatur. Adeo quod ex integro capi et reponi
carcerari possit et debeat, et in ipso carcere detineri, donec
suam condempnationem integraliter solverit dicto comuni. Non obstan
te quod ipsa condempnatio pretextu talis reformationis et provi
sionis iam cassata et cancellata fuisset.

Post hec capitulum mutatur capitulum xxxvi. quod est inseguenti facie sub
rubrica de non restituendo exbannitis.

~~De rebus emphyteoticis. Rubrica. xxxvi~~

De precibus porrigendis domino episcopo Tudertino pro rebus ecclesiasticis emphyteoticariis liberandis. Rubrica xxxvii

xxx –

Item ~~providerunt et ordinaverunt~~ statuimus et ordinamus pro evidenti utilitate comunis
Tuderti, et singularium personarum ipsius, quod per officium dominorum
priorum populi Tudertini, seu per alios sapientes et providos
viros per ipsos eligendos, preces porrigantur venerabili patri
et domino domino .. episcopo Tudertino, et capitulo maioris
ecclesie Tudertine, et aliis ecclesiis, et capitulis, et toti clero
civitatis et diocesis Tudertine. Ut amore et gratia dicti
comunis, consentiant et condescendant, ut domus et casalena
posita in civitate Tuderti, eiusque burgis, et subburgis,
ad pensionem, sive emphyteosim, vel quocumque alio simili
modo et titulo per ecclesias, ecclesiasticasque personas con
cesse sive concessa civibus sive comitatensibus Tudertinis,
liberentur per omnia et modum quibus melius de iure fieri poterit.
~~valet~~, cum utilitate tamen dictarum ecclesiarum, et ecclesiasticarum
personarum. (Et ipsi domini priores ~~populi teneantur~~ vinculo iuramenti
~~et debeant~~ pro executione contentorum in presenti capitulo,
~~consilium populi dicti comunis et alia dicti comunis consilia~~
~~in predictis oportuna, facere congregari ad petitionem~~
~~aliquarum petentis. Et~~ omnia, et alia facere ~~teneantur~~ que circa predictis
materie executionem que fuerint oportuna, et eis expediente
~~videbitur, vinculo iuramenti.~~

77

scribatur in iiij^a nova de statutis iuxta sua manu

De non rebanniendis exbannitis et [et relaxatis] non relaxandis nisi certa forma servata
R(ubric)a — xxxv.

debet mitti [...] post capitulum de quo [...] retulissent capitanum [...] xxxiiij r(ubric)a

Item statuimus quod nullus [comes, vel comitatensis
civitatis Tuderti] possit rebanniri, vel de banno [exigi]
eximi, nec eius condempnatio, [vel bannimentum] aliquo
colore quesito, cancellari, tolli, suspendi, vel quo
modolibet revocari per aliquod consilium dicti communis [generale
vel speciale] nisi prius talis exbanniti condempnatio
camere communis Tuderti soluta fuit cum effectu. Et quod [nullus rector vel offitialis
potestas et capitaneus communis Tuderti, vel quicumque alius dicti communis posset vel
officialis communis Tuderti non possint] debeat deponere aliquam
propositam facere, nec fieri facere, vel permictere in aliquo
consilio [generali, vel specialibus, qui vero contrafecerit,
in quingentis libris denariorum cortonensium pro vice qualibet puniatur.
Nec depositor, nec officiales aliquod ratiocinium, vel co
lloquium faciat, vel habeat in aliquo consilio, vel arengha, sive
vel adunantia sapientum, ad penam predictam.] Et
nullus notarius contra formam predictam audeat talem
propositam scribere. [Et] Nullus etiam audeat arengare, vel
ad petitum ponere [vel capere], vel alio modo, pro tali
condempnato vel exbannito, aliquid dicere [in scriptis, vel
sine scriptis]. Qui vero contrafecerit, in quinquaginta libris
denariorum cortonensium pro vice qualibet condempnetur, et eius denarii, consilium [... consilium ... vel arenghe, et quicquid secutum est ex eo vel
ob id, sit cassum, nullum, et irritum ipso iure.]
Et quod nullus condempnatus dicti communis Tuderti sit vel habere
possit aliquod officium, vel beneficium, [vel favorem, vel pe
cuniam recipere] a communi nisi prius vere solverit suam
condempnationem camere cum effectu. Et si quid contrafieret
sit irritum et inane. Condempnatis vero dicti
communis [...] contemptu mandati, [et dampnorum datorum] dumtaxat
exceptis.

scribatur in iiij^a de iuxta sua manu

persone

nullus rector vel offitialis dicti communis possit vel debeat

dicti consilii [...]

palus mattheo.

·/. nec etiam quicquid in contrarium factum fuit, et quod ex eo vel ob id fuit subsecutum non teneat

sive consilio ab ipso communi

ARCHIVIO STORICO COMUNALE TODI

7v

Capitulum nonum

Quod nullus ~~audeat~~ [vel impudiat] lumen accendit tempore festivitatis sancti fortunati contra formam statutorum. — Nonum. XI

mutatum ... iiij fol. ... q. post ... c. ... exstantium etc. XII

Item statuimus [et ordinamus] quod ~~tempore festivitatis beati fortunati ... ipsius festi ... vel die sequenti ... nullus audeat de nocte ... accendere aliquod lumen ... vadat cum lumine ... domum ... post sonum~~ campane que pulsatur de sero in civitate tuderti pro pena duplicanda. In vigilia festi sancti fortunati sive in die ipsius festi aut die proxime subsequenti nulla persona impudiat ~~sive~~ de nocte sive accendat aliquod lumen ... domum in civitate burgis vel subburgis tuderti vel per ipsam civitatem burgos seu suburgos vadat cum lumine

ciuis pena X lib. den. pro quolibet vice. Item quod ~~aliquo ...~~ [... diebus vel aliquo eorum] de die vel de nocte nullus ... masculus ~~audeat~~ [impudiat] cum aliqua muliere. cuius pena X lib. den. pro quolibet vice. De quibus omnibus et singulis liceat cuilibet accusare et denuntiare contrafacientes et habeat medietatem banni et stetur et credatur iuramento suo cum uno bone [fame] teste deponente de visu. Et nomen accusatorum [et] denuntiatorum et testium nota teneantur secreta. Et potestas et capitaneus civitatis tuderti puniri per ipsam civitatem banniri facere teneantur per duos dies ante festum predictum. sub pena lib. L. pro quolibet eorum quod faciet.

Accusatio — L XXXXI
Denuntiatio — LXX

f De h(oc) ordinamentis hospitalis Karitatis.

-xxxi- Item statuimus quod potestas ~~et quilibet de loco ei succedens~~ [Civitatis Tuderti] teneatur
facere fieri Inventarium de bonis et rebus hospitalis
Karitatis. infra unum mensem post initium sui regiminis,
et omnes possessiones ipsius reduci facere in publica scriptu-
ram, De quo Inventario fiant duo Instrumenta, quorum unum
sit penes Rectorem sive preceptorem ipsius hospitalis, et
aliud penes Commune Tuderti. Et ipsum faciat cum diligen-
tia reponi et custodiri apud idoneam personam per ipsum com-
mune. Et nichilominus omnia et singula bona immobilia dicti hospi-
talis, seu ad ipsum hospitale pertinentia, et eorum vere et
iuste extimationes scribi debeant in quodam quaterno libre
nove communis Tuderti in publica forma per notarium qui ad
hec per ipsum commune fuerit deputatus. Et nullus contractus
possit vel debeat fieri de aliqua re ipsius hospitalis,
vel ad ipsum hospitale pertinenti, seu de ~~aliqua re~~ parte
aliqua ipsius rei, sine consensu et voluntate communis Tuderti.
Et siquis contractus fuerit factus in preiudicium ipsius
hospitalis, dictus potestas faciat ipsum cancellari et
cassari. Et de hoc teneatur facere Inquisitionem. Et
possint tamen absque sollempnitate predicta fieri per dicto
hospitali contractus locationis ad laborandum vel pensionem,
per tempore et ad tempus trium annorum, ad plus. Et quod
preceptor sive Rector dicti hospitalis eligatur per
Consilium populi Tuderti quotiens fuerit opportunum,
Cuius salarium, siquidem talis Rector fuerit de civi-
tate vel comitatu Tuderti, excedere non possit libras
Triginta cortonenses per quolibet anno. Qui Rector
antequam ipsum officium administrare incipiat, iurare
teneatur in dicto Consilio, de suo officio bene, diligenter,
fideliter, sollicite, et legaliter exercendo. Et ipso offi-
cio finito, teneatur statim rationem reddere rationato-
ribus ad hec per dominos Priores populi deputandis de
introitibus, proventibus, exitibus, et expensis dicti hospi-
talis. Et deinde dicta ratio in dicto consilio legatur.

ARCHIVIO COMUNALE TODI

Item nullus possit vel debeat aquam pluviales fluentem per viam dicti comunis a porta sancte Praxedis usque ad dictum hospitale impedire quin libere fluat et fluere possit ad dictum hospitale, ad hoc ut sedilia dicti hospitalis melius purgent et mundent. Et siquis contrafecerit, puniatur in viginti solidis qualibet vice. Item quod oblati et familiares ipsi hospitalis teneantur obedire mandatis preceptoris sive rectoris positi et ordinati a dicto comuni in dicto hospitali. Et non possit potestas sive capitaneus vel alius rector sive officialis comunis Tuderti, vel aliquis de ~~suis~~ vel alicuius eorum familia, petere vel recipere pannum seu lectum a preceptore vel rectore ipsi hospitalis, vel ab aliquo alio de ipso hospitali sub pena librarum vigintiquinque pro quolibet contrafaciente et qualibet vice. Rector vero predicta contrafaciens ipso facto dicto suo officio sit privatus. Et nullus carnaliter cognoscat seu cognoscere acceptet aliquam mulierem in ipso hospitali morantem sub pena librarum centum cortonensium ac etiam maiori arbitrio potestatis seu capitanei civitatis Tuderti. Et nichilominus ab ipso hospitali eiciatur ~~arbitrio rectoris~~ hospitale predictum. Et quod contra voluntatem rectoris seu familiaris dicti hospitalis nullus intret hostium dicti hospitalis ~~vel claustrum ipsius~~ sub pena vigintiquinque librarum et ultra arbitrio potestatis seu capitanei ~~comunis Tuderti~~. Et preceptor sive rector ipsius hospitalis teneatur et debeat semel in anno venire ad consilium comunis Tuderti et in ipso consilio confiteatur se tenere pro dicto comuni et eius nomine dictum hospitale et iura et bona ipsi. Item quod nulla pro gravetur vel gravari debeat in aliqua dativa vel collecta solvenda pro terris et possessionibus quas dictum hospitale emerit vel alio quocumque iure ad ipsum hospitale pervenerit. Sed alienent ipse terre et possessiones de libra illorum quorum fuerunt, et ponant et scribant in inventario dicti hospitalis. Et quicumque venire voluerit ad dictum

Marginalia (left): sive cloaca — aliquem — pro tali maleficio commisso — sive claustrum — vel titulo

Marginalia (right): vel aliam supellectilem dicti hospitalis — tali malefactore ipse aliquo vel ultimo [illegible] intendi ad — predicta pro tali maleficio commisso

hospitale / et pro utilitate ipsius hospitalis / voluerit he-
dificare ex aliqua parte dicti hospitalis / aliquam domum
suis expensis / et dimictere de bonis suis dicto hospitali /
et facere dictum hospitale heredem in bonis suis, quod libere
possit ipsam domum ibidem hedificare. Et quod per Rectorem
dicti hospitalis, seu per aliquem alium inde expelli non possit /
Ita tamen quod ipsa domus perpetuo sit hospitalis predicti / Et
ipsi hospitali per talem hedificantem irrevocabiliter concessa
datur. Et quod talis qui ipsam domum hedifica-
verit / de bonis dicti hospitalis propterea habere non possit /.
nisi quatenus processerit de voluntate dicti Rectoris. Et
quod nullum offitium habeat in ipso hospitali. nisi illud tamen
quod ei committeretur per Rectorem predictum. Et quod
nulla persona cuiuscumque conditionis existat / audeat aliquam mole-
stiam sive Iniuriam, Rectori ipsius hospitalis qui nunc est
vel pro tempore fuerit, vel alicui persone ipsius hospitalis oblate / que in
Iectatitie / vel familiari / sive cuicumque persone dicto ho-
spitali receptarentur / inferre per se vel alium quocumque modo.
Seu in bonis aliquibus ipsius hospitalis / sive ad ipsum hospi-
tale pertinentibus quocumque iure vel titulo / aliquod dampnum
dare vel inferre. Qui autem contrafecerit / emendet ipsum
dampnum totaliter hospitali predicto. Et nichilominus ~~puniatur~~ condempnetur dicto Com. /
in quadruplo pene (al.) contente in statuto Comunis (dicti). ~~Tunc~~ pro
tali molestia / iniuria / sive dampno. / Et si in statutis
dicti comunis, de tali maleficio non reperitur pena ex-
pressa et specificata / puniatur eo casu / ea pena que de
simili maleficio per formam ipsorum statutorum (al.) imponenda veniret /
facta simili modo ei quadruplicatione in quolibet casuum
predictorum. Et si similis pena in ipsis statutis non reperi-
retur / puniatur talis delinquens secundum Ius Comune / vel
Rectori prout de tali maleficio cognosceret, iustum et equum vide-
bitur / inspecta et considerata qualitate facti / et conditione
persone talis delinquentis. Et quod omnes oblati /
Iectatitii / et familiares dicti hospitalis / et generaliter
omnes qui in ipso hospitali receptarentur / seu habita-
rent / teneantur et debeant obedire Rectori

ARCHIVIO ... TODI

9r

ipsius hospitalis / ac officialibus per eundem Rectorem in ipso
hospitali positis et deputatis. ¶ Et quod ipse Rector possit
et debeat ipsos cogere et cohercere ad dictam obedientiam
exhibendam, et inobedientes corripere, prout sibi videbitur
convenire. ¶ Et quod [dicti] potestas, et capitaneus ~~civitatis Tuderti~~
et quilibet eorum teneantur et debeant ad requisitionem dicti Rec
toris, eidem Rectori exhibere suos berruarios, ad capiendum
et carcerandum quoscumque de predictis inobedientes, seu
aliter delinquentes. ¶ Et quod nullus de predictis portet
seu portare possit aliqua arma, et in casu contrario perdat
statim [dicti] com. ~~Tuderti~~ concessio, sine expressa et speciali licentia
et voluntate Rectoris hospitalis predicti. ¶ Et quod quilibet
faciens ad requisitionem et voluntatem eiusdem rectoris, de dicta dela
tione armorum per ipsum dictum potestatem seu capitaneum puniatur.
¶ Et quod nullus de predictis possit vel debeat donare seu
accomodare alicui aliqua ~~arbore seu~~ supellectilia vel res
alia dicti hospitalis, sine expressa licentia com. [dicti] ~~Tuderti~~.
¶ Et quod [dicti] potestas et capitaneus, et eorum et cuilibet eorum offi
ciales in omnibus casibus opportunis eorum consilium, auxilium, et favo
rem exhibeant dicto Rectori et sindico hospitalis predicti,
quotiens ab eisdem vel altero eorum fuerint requisiti. ¶ Et
quod quicumque fuerit Rector vel nomine dicti hospitalis, fini
to termino sue electionis dictum officium exercere seu ad
ipsum eligi vel assumi non possit usque ad tres annos tunc
proxime subsequentes. ¶ Ita tamen quod hec locum non habeant in
fratribus minoribus, predicatoribus, seu heremitanis, si aliqui
ad ipsum officium Rectoratus per dictum com. ~~Tuderti~~ electi fu
erint vel assumpti. ¶ Nulla etiam persona que in dicto hospitali
aliquod administrasset officium, possit vel debeat idem offi
cium postquam ipsum finierit, gerere vel administrare in dicto
hospitali usque ad unum mensem extunc proxime secuturum. ¶ Et
quod nullus in dicto hospitali eligi vel assumi [ibi] possit pro
sacerdote, seu ad ipsum sacerdotale officium administrandum,
nisi per dictum com. ~~Tuderti~~, et pro eo tempore, et eo modo
quo, et prout, ipsi com. placuerit. ¶ Nec etiam in dicto
hospitali aliquis recipi possit, [pro toto tempore sue vite seu] usque quo vixerit, sine expressa
licentia [dictorum] dominorum priorum populi ~~Tudert~~, vel duarum partium

eorundem. ¶ Et si Rector dicti hospitalis, preter ut [vel aliquis alius] contra dictam
formam receperit, totum suum salarium ipso iure amictat, et nichilo
minus ab officio dicti Rectoratus debeat removeri. ¶ Et quod
omnes persone infirme que in dicto hospitali fuerint, curentur
alantur et gubernentur, prout decens et oportunum extiterit,
de bonis et rebus dicti hospitalis. ¶ Et quod super predictis
eligantur et deputentur due persone, una videlicet femina, et
alter masculus. ¶ Et si tales persone in predictis fuerint
negligentes, de ipso hospitali eiciantur, nec in ipso
hospitali ulterius admictantur. ¶ Et quod nulla mulier
etatis xl. annorum vel abinde infra, habitet seu moretur
in aliqua domo dicti hospitalis in comitatu Tuderti ¶ nec et simul habitet
~~infirmaris~~ in uno et eodem loco, cum aliquo masculo, etatis qua
tuordecim annorum vel abinde supra, nisi occasione cure et custo
die infirmorum. ¶ Et contrafacientes, tam masculus quam
femina, de dicto hospitali eiciantur, nec ad ipsum ulterius
admictantur. ¶ Et quod nullus oblatus seu grectaticus
dicti hospitalis, possit habere aliquid proprium ¶ Et si quid illud
huiusmodi habere repertus fuerit, pleno iure ipsi hospi
tali applicetur et acquiratur, et acquisitum eidem hospitali
ipso iure intelligatur. ¶ Et quod predictis effectualiter ob
tinendis et consequendis, Rector seu sindicus dicti ho
spitalis, agere valeat pro dicto hospitali et eius nomine, ac
si immediate, directe, originaliter et a principio tale
quid, omneque ius in eo, sive ad id, vel ob id competens, seu quod
competere posset, pro ipsum hospitale, et ipsi hospitali legipti
me acquisitum fuisset. ¶ Et quod potestas [dicti] et Capitaneus
~~civitatis Tuderti~~ et eorum et cuiuslibet eorum officiales qui
de predictis fuerint ab ipso ~~Factore~~ [Rectore] seu sindico requisiti, predictum
Rectorem et sindicum, et eorum quemlibet, effectualiter audiant et exaudi
ant in predictis. ¶ Et quod omnes et singuli tam mares quam
femine dicti hospitalis, cuiuscumque etatis sint, teneantur
portare et palam in eorum et super eorum vestimentis, habere et
deferre signum dicti hospitalis et [dicti] comunis Tuderti. ¶ Con
trafacientes, in carceribus dicti hospitalis includantur,
ibique detineantur ad beneplacitum dicti Rectoris. ¶
¶ Et quod similia signa ponantur et teneantur super omnibus
et in omnibus coopertoriis lectorum dicti hospitalis. ¶ Et

ARCHIVIO-BIBLIOTECA COMUNALE TODI

quod omnes et singuli mares dicti hospitalis habeant et portent
mantellum amplum cum cappucio retro / et etiam Cappelli
nam super eorum capitibus cum dicto signo . Et quod habere
vel portare non possint capam seu mantellum rotundum /
vel tedeschinum / seu guarnachum / vel coctaronem / nec
pannum aliquem coloratum / Contrafaciens in predictis
vel aliquo predictorum / in dictis Carceribus recludatur / et nichilo
minus postquam taliter carceratus fuerit / de dicto hospitali
eiciatur / prout et quando dicto Rectori placuerit . Et quod
omnes et singule persone dicti hospitalis debeant simul in eodem
Refectorio comedere / separati tamen masculi a feminis / et
de cibis et victualibus eorum / Contrafaciens / puniatur
ad arbitrium dicti rectoris . In quorum numero non inclu
dantur Infirmi / seu qui ibi diminui sanguinem fecerint /
vel aliquam medelam assumerent / qui alibi / et de alijs victua
libus sibi magis expedientibus comedere licite et impune
possint iuxta discretionem ~~et~~ prudentiam ~~tamen~~ dicti rectoris .
Et quod nullus masculus maior decem annis / iacere possit
in loco deputato mulieribus habitantibus in dicto hospitali /
Et econversa vice / nulla mulier maior octo annis / iacere possit
in loco masculis deputato / Contrafaciens / coherceatur
et corripiatur arbitrio dicti Rectoris . Et quod omnes fa
muliares dicti hospitalis / et pauperes qui ibidem recepta
ti fuerint / ali debeant decenter et comode de bonis
dicti hospitalis . Et quod omnes fructus qui in dicto hospi
tali vltra necessarias expensas dicti hospitalis / superhabu
ndaverint / anno quolibet expendantur et convertantur in
maritando et dotando mulieres in dicto hospitali mora
ntes / vel in alia comoda dicti hospitalis / prout dicto Rectori
magis expediens et conveniens visum fuerit . Et
quod Rector dicti hospitalis recipiat in dicto hospitali omnes
personas pauperes et infirmas / que se de suis facul
tatibus nullatenus valeant sustentare . Et quod nulla persona
in dicto hospitali habitans / seu ibi recepta / habeat vel
habere possit cameram aliquam separatam a comuni dormi
torio / seu lectum suum clausum sive circundatum sto
rijs / cortinis / vel re alia / sed stare debeat in comuni
dormitorio / personis sui sexus deputato / Contra

faciens, eiciatur de hospitali predicto. ¶ Item quod in futurum hoc non vendicet sibi locum. ¶ Item quod quilibet de dicto hospitali etatis quactuordecim annorum, vel ab inde supra usque in etate septuaginta annorum, sanus corpore, teneatur colere terras et possessiones dicti hospitalis, et alia negotia dicti hospitalis gerere iuxta mandatum dicti Rectoris, prout magis et melius poterit. ¶ Contrafaciens eiciatur de hospitali predicto. ¶ Insuper statuimus quod si aliqua persona oblata seu ~~preceptor~~ dicti hospitalis de dicto hospitali aufugerit, sive de dicto hospitali recesserit, vel expulsa fuerit sui culpa, decetero in dicto hospitali non recipiatur, nec recipi valeat sine licentia et voluntate communis ~~Tuderti~~. ¶ Preterea volumus statuentes, ad hoc ut omnes et singuli habitantes in dicto hospitali sint certiores predictorum, nec de eis possint pretendere ignorantiam aliquam, quod presens capitulum saltem semel quolibet mense, ad eorum plenam intelligentiam legatur inter eos vulgariter et distincte.

Quod cause hospitalis karitatis expediantur breviter et summarie infra xl. dies — Rubrica — xij.

.xxxj. Statuimus quod omnes et singule lites et cause civiles, ordinarie vel extraordinarie hospitalis karitatis communis Tuderti, tam pendentes quam future, et tam in agendo quam in defendendo, ac in recuperando, ad requisitionem et beneplacitum Rectoris seu syndici dicti hospitalis, cognoscant, examinent, discutiant, terminent et exequantur, et executioni mandent, breviter et summarie, ac de plano, et sine strepitu et figura iudicii. ~~et diebus quibuslibet etiam feriatis~~ nec non iuris tam communis quam statutorum communis Tuderti sollempnitate obmissa. ¶ Et quod iudicans communis quem lites et cause tetigerint, eas terminare et diffinire debeat infra quadraginta dies ~~continuos~~ ex die dicte mote litis et cause computandos. ¶ Et si ergo ipsorum iudicum negligens seu culpabilis fuerit in predictis, in libris quinquaginta denariorum vice qualibet puniatur.

TODI

¶ Et quod quilibet iudex communis Tuderti teneatur ad petitionem dicti Rectoris seu syndici eundem Rectorem seu syndicum inducere in corporalem possessionem omnium bonorum que olim fuerunt oblatorum dicti hospitalis, sive ad eos pertinuerint tempore ipsius oblationis, vel postea, sive tales oblati tunc vivant, sive defuncti sint. ¶ Non obstante si instrumentum ipsius oblationis reperiatur cancellatum, nisi talis cancellatio facta fuerit cum

pppli auctoritate consilii [populi] Tudertini. ~~¶ Et super predictis talis iudex procedere possit et debeat iuxta beneplacitum dicti Rectoris seu syndici breviter, summarie et de plano, ac sine strepitu iudicii et figura, et diebus quibuscumque etiam feriatis, illis dumtaxat exceptis que ad dei honorem constituta fuerint feriatis.~~

† De electione et salario advocati, syndici et notarii hospitalis Karitatis — Rubrica — XXa.

XXXIII. — tunc pro secuturo.

eisdem dominis prioribus videbitur convenire pro salute,
statu, manutentione, conservatione et augmento status
prosperi et pacifici civitatis predicte, ac dicti comunis et populi
Tudertinorum, eorumque solite libertatis, iurisdictionis atque
franchitie, ac dicti officii dictorum dominorum priorum. Quod
quidem ipsi domini priores populi Tudertini qui pro tempore fuerint
in ipso officio prioratus, sub vinculo iuramenti et ad penam
librarum centum pro quolibet ipsorum teneantur predictos populares

ARCHIVIO BIBLIOTECA COMUNALE TODI

35v

ad eorum subsidium, adiutorium, sequelam, et protectionem spectat, ut priores predicti deputatos, quocumque et coadunari facere in palatio ipsorum habitationis primo mense prioratus ipsorum, et ab eis dicta iuramenta et promissiones iuxta formam premissam recipiant. Et quod de huiusmodi promissionibus et iuramentis ipsi domini priores semper fieri faciant per duos notarios ad minus de civibus Tudertinis, quos ipsi voluerint, expensis dicti comunis, publicum scriptum vallatum et corroboratum penarum adiectionibus, renuntiationibus, bonorum ypotecis, aliis nobis cautelis et sollempnitatibus opportunis ad sensum sapientis ipsorum dominorum priorum. Et quod in predictis consensus sive auctoritas patris vel curatoris alicuius predictorum minime requiratur, non obstante aliquo iure canonico vel civili, seu statuto vel ordinamento aliquo dicti comunis, quod in contrarium loqueretur. Quibus omnibus per presens capitulum volumus derogari.

Quod populares deputati ad subsidium et sequelam officii prioratus trahere debeant ad sonum campane, et de pena impedientis eos. — Rubrica —

Item statuimus, quod omnes et singuli populares de quibus supra in capitulo proxime precedenti fit mentio, teneantur et debeant sub vinculo iuramenti, et ad penam viginti quinque librarum cortonensium pro quolibet eorum contrafaciente et qualibet vice, quandocumque campana existens super palatio officii dominorum priorum populi Tudertini, pulsaretur ad stormum seu ad martellum, trahere et venire sollicite et celeriter ac sufficienter et decenter armati, ad dictum palatium ad succursum, sequelam, et defensionem dicti populi, et officii dictorum dominorum priorum, et inde non discedere sine licentia dictorum dominorum priorum. Illis dumtaxat exceptis qui habitarent extra civitatem vel extra, vel qui essent banderarii in aliqua terra, burgo, vel subburgo dicte civitatis, vel qui tunc essent absentes a dicta civitate, vel qui dicto tempore essent iusta de causa impediti. Preterea volumus, quod nullus tunc temporis alicui de dictis

popularibus, dum ad dictum succursum et adiutorium traherent
et venirent, vel dum iam ad dictum palatium dicta de causa
pervenissent et ibi essent, sive dum inde postea discede-
rent de licentia dictorum dominorum priorum, aliquam offensionem
vel iniuriam inferat sive inferri faciat. Contrafa-
ciens non puniatur personaliter et realiter, seu personaliter tantum, vel
realiter tantum, arbitrio iudicantis, seu dictorum dominorum priorum,
consideratis qualitate facti et conditionibus personarum, tam talis
offensi ~~vel iniuriati~~ sive ~~ipsum~~ iniuriam passi, quam
talis offensoris sive iniuriantis, et aliis suis debitis
circumstantiis.

f Ut nomina dictorum populariorum saltem semel tempore cuiuslibet
potestatis revideantur et examinentur. Rubrica

Lxiij
et vj

Item quod domini priores populi Tudertini saltem semel tempore cuius-
libet potestatis teneantur et debeant revidere et examinare
omnia et singula nomina suprascriptorum popularium deputatorum
specialiter ad protectionem, adiutorium, et sequelam officii
dictorum dominorum priorum. Et siquem ex eis invenerint esse
mortuum vel absentem, vel alias inhabilem et minus ydone-
um ad dictum officium, teneantur in locum eius alium subro-
gare, dummodo ad ipsum officium non possint eligi nisi
unus tantum de una et eadem familia.

Lxiiij f De monstra facienda tempore cuiuslibet novitatis.

et vj

Item quod domini priores populi Tudertini teneantur et debeant
incontinenti, et ad penam centum librarum pro quolibet eorum,
tempore cuiuslibet noxie [sive dubie] novitatis facere fieri monstram per
unum ex officialibus communis Tudertini de omnibus popularibus sup-
rascriptis deputatis specialiter ad protectionem, adiutorium, et
sequelam officii dictorum dominorum priorum, et non venientes facere
debita pena puniri.

f De campana ponenda in palatio dominorum priorum et pul-
sanda tempore novitatis, et de pena non venientis ad soni-
tum eius.

et vj

Item quod campana nova que modo est super palatio novo communis

ARCHIVIO COMUNALE TODI

pro quatenus

36v

cons tudertinus ponatur et poni debeat super palatio residentie
et habitationis dominorum priorum populi tudertini in eo videlicet
loco et eo modo in quo et prout ipsis dominis prioribus magis
et melius videbitur convenire. Quam quidem domini priores
teneantur et debeant ipsam campanam quandocumque in civitate
Tuderti casus [alicuius rumoris seu] novitatis occurrerit, quod absit,
que redundaret vel redundare posset contra statum publicum
dicti comunis et populi, vel contra ancianos, balia et iurisdictionem
dicti populi et officii dicti potestatis, pulsari facere ad mar
tellum sive ad sturmum. Ad cuius sonum omnes et
singuli suppositi populares ad protectionem, adiutorium,
sequelam et succursum dicti officii potestatis, prioris, depu
tati, teneantur et debeant celeriter accedere ad pa
latium habitationis et residentie ipsorum dominorum priorum sine
aliqua requisitione vel bannimento. Et tunc omnes et
singuli alii suppositi populares festinanter trahere
debeant ad eorum conestabiles. Et ipsi conestabi
les cum eis ad eorum banderias, ut supra in aliis ca
pitulis de hac materia tractantibus est expressum.
Preterea volumus quod nullus audeat vel pre
sumat dictam campanam pulsare vel pulsari
facere ad martellum vel ad sturmum nisi tempore huius
modi novitatis. Contrafaciens non pro liter ~~non~~
et realiter [sive personaliter tantum vel realiter tantum], iuxta prudens arbitrium iudicantis, con
siderantis facti qualitate et conditione persone talia contra
facientis, et aliis suis debitis circumstantiis,
puniatur.

soluendum ipsis creditoribus totum et quicquid in quo se taliter eos ob-
ligauerint, non obstante quod principales debitores primo
quesiti non sint, ac et presentes sint et ydonei ad soluendum.
Ac etiam predictos fideiussores et alios sub quouis nomine
pro aliis et ad aliorum instantiam obligatos, ad ipsorum petitio-
nem ab ipsis fideiussoribus et quibuslibet aliis talibus obligatoribus
extrahi et liberari facere ab ipsis et quibus et ad quorum instan-
tiam se taliter obligassent, ipsos quod et eos a talibus fi-
deiussoribus et obligationibus conseruari indempnes. Ita tamen quod predicta
habeant solum inter ciues et comitatenses Tuderti. Inter alios
non iure communi seruetur. Et si tales fideiussores seu
alio quocumque nomine pro aliis et ad aliorum instantiam ut dictum
est obligati, sortem talis debiti soluerint totaliter uel
pro aliqua parte, siue aliquam etiam quantitatem pecunie
pro usuris et nomine usurarum ~~persoluerint~~, seu alias expensas fece-
rint siue dampna uel interesse aliquod passi fuerint occa-
sione obligationis predicte, et de solutione predicta dicte sortis
legitime fuerit facta fides, de aliis autem predictis, uidelicet de
solutione dictarum usurarum, et de dictis expensis, dampnis et
interesse, constiterit saltem per proprium iuramentum talis fide-
iussoris siue alterius predictorum pro aliis ut dictum est obliga-
ti, cogantur et cogi possint et debeant tales principales
debitores eisdem reddere et restituere totum et quicquid soluerint
pro sorte et usuris predictis, ac et ipsis talia dampna, expensas
et interesse reficere et resarcire. Ita tamen quod ipsa quantitas pro
usuris predictis soluta, excedere non possit summam
quatuor denariorum pro qualibet libra ipsius sortis et pro quolibet
mense decurso seu elapso a tempore talis ~~obligationis~~ conditionis
~~facte de sorte uel [illegible] talem fideiussorem siue pro alio obligatum~~
~~[illegible] et ipsius solutionis predicte sortis~~ siue can-
cellationis facte de instrumento talis debiti, seu rogitus siue
protocolli inde scripti. Nec transcendere possit duplum illius
quantitatis in qua talis fideiussor seu predicti alii quocumque
nomine se pro aliis ut dictum est obligauerint. Set usque
dictum duplum et plus dicte usure reddi et restitui
talibus soluentibus debeant, dummodo ad dictam rationem ad
dictum duplum ascendant. Et dummodo dicte expense, dictaque
dampna et interesse non excedant nec excedere possint pro
summa quantitate duorum soldorum pro qualibet libra talis debi-
ti, in quo tales soluentes erant pro aliis ut predicitur
obligati, non computatis in dictis usuris, summis dictorum duorum

Cum de constitutione petitoris ~~[illegible]~~ occasione [illegible] saluum solui debeat [illegible]

ARCHIVIO - BIBLIOTECA COMUNALE TODI

soldorum pro libra, ~~[illegible] predicta~~ dicta de ea solutis, ut
dictum est. Et dictis non sumptis [illegible] predictorum denariorum soldorum
pro libra, supra ~~dicta capitula de primo et necesse~~ pro bato le-
gitima ~~tegrat~~ — si dictam summam trascendat seu transcen-
dere dicatur. Et ~~quod ea~~ que supra dicta sunt de dictis
fideiussoribus et aliis predictis pro alio ut predicitur obligatis,
de talibus obligationibus eximendis sive extrahendis, et de
ipsis indempnibus conservandis, locum habeant quandocumque, de ut supra
predictis intercessit ex parte ipsius principalis debitoris. — nulla promissio
Decernentes et declarantes, talem promissionem fictione et
potestate presentis capituli haberi pro sollempniter et legitime
facta, eo ipso quod de tali fideiussione vel alia huiusmodi obli-
gatione constaret. Et quod bona omnia talis principalis debito-
ris pro predictis ypotechata sint, ac pro ypotechatis habeantur et
intelligantur, proinde ac si per ipsum debitorem ipsa bona in
dictam causam specialiter et expressim talibus fideiussoribus vel sub
quovis alio nomine pro eis ut predicitur obligatis ypotecha-
ta sive obligata fuissent. Preterea volumus, quod si
aliquis se syndicario nomine, seu fideiussorio, vel alio quocumque
nomine, pro aliqua universitate alicuius castri vel ville, et ad
ipsius universitatis instantiam, quacumque de causa obligaverit,
homines talis universitatis, et quilibet eorum in solidum,
talem obligatum ad ipsius requisitionem, a tali obligatione libe-
rare et eximere seu extrahere teneantur, et eundem
ab ipsa obligatione conservare indempnem. In quo etiam
casu, bona cuiuslibet predictorum hominum talis universitatis
cuilibet pro ipsa universitate taliter ut predicitur obli-
gato, fictione presentis capituli similiter ypotechata exi-
stant. Ita tamen quod talis singularis, dicto modo coactus de- — de tali universitate
bere, et toto eo quod dicta de causa solverit, deducta parte
sibi contingente, regressum habeat ipso iure, potestate presentis
capituli contra alios de tali universitate, pro parte cuiuslibet eorum de tali debito
contingente. Et quod dicti Rectores, et Iudex, et quilibet — contineatur a tali conditione nulla
eorum quando ut dictum est fuerint requisiti, teneantur et — [illegible] eidem [illegible] fuerit vel manda-
debeant ad petitionem talis fideiussoris et cuiuslibet alterius — ta. — predicta
sub quocumque nomine pro alio obligati, ut dictum est, exequi cum
effectu. Et pro predictorum executione possint et debeant
si opus fuerit, destringi facere bona talis principalis, et
etiam aliorum cum ~~integraliter prout sibi Rectori sive Iudi-~~ — ac si iuste appareat [illegible] presentium — contrariis et cohertione
~~visum fuerit expedire~~, donec predicta omnia [per eum] integraliter ob- — sibi [illegible] remediis oppo-
servata et adimpleta fuerint. Et in predictis nulla salarii so- — cum effectu — rtunis.

~~bannis regitur.~~ ¶ Hoc intellecto quod predicta locum non habeant
in hijs qui pro alijs taliter intercesserint et se obligaverit pro obser
vatore pacis, seu pro defensione, vel emptore alicuius rei
immobilis, vendite, vel alio quocumque titulo alienate, quibus in predictis
audientia denegari, donec occasione talis obligationis in
aliquo dampnificati fuerit, seu contra eos aliqua lis sive contro
versia mota fuerit. ¶ Que omnia tam in futuris, quam et in preteri
tis adhuc pendentibus vendicet sibi locum.

Quod nullus civis vel comitatensis Tudertinus se obli
get pro aliquo forense, apud aliquem Tudertinum contra formam
presentis capituli. et de pena talis Tudertini tale obliga
tionem recipientis — Rubrica — xliij.

Item statuimus, quod nullus civis vel comitatensis Tud.
fideiussorio, seu sub quovis alio nomine, se obliget apud
aliquem civem, sive comitatensem Tud. pro aliquo forense.
Et quod nullus civis sive comitatensis Tud. talem obli
gationem recipiat. ¶ Et si secus factum fuerit, talis
obligatio non teneat ipso iure. ¶ Et nichilominus talis
creditor contrafaciens in quadraginta soldis cortis, vice
qualibet puniatur. ¶ Predicta tamen locum non habeant in hijs
qui se taliter in iudicio obligaret in aliqua vel super aliqua
causa criminali. Nec et in exactoribus, castorib(us)?, et tabula
rijs civitatis Tuderti. se taliter pro alijs obligantibus.
¶ Et quod potestas et Capitaneus dicte civitatis predicta
faciant observari. non obstante iure aliquo in contrarium
loquente. et specialiter capitulo continente. et omnibus
alijs in contrarium loquentibus. quibus per presens Capitulum quo ad premissa derogari
volumus derogari. ¶ Que omnia non solum in futuris,
sed et in preteritis nondum sopitis, sed adhuc pendentibus,
vendicet sibi locum. ¶ Et insuper dicti potestas
et Capitaneus, predicta per civitatem predictam quolibet mense sui
regiminis, publice banniri facere teneantur. sub pena
librarum quinquaginta. pro quolibet eorum contrafaciente.

De arbitris et arbitratoribus. ~~et forma appellandi
a laudo et modo laudandi~~ — Rubrica — xliiij.

Item statuimus, quod si qua lis, questio, sive controversia, duobus

ARCHIVIO - BIBLIOTECA COMUNALE TODI

arbitris seu arbitratoribus commissa fuerit examinanda
et decidenda. Et tales arbitri seu arbitratores in eorum
laudo seu arbitramento concordes non fuerint, eo casu
potestas et capitaneus civitatis Tuder. et iudex extraordinarius dicti comunis
et quilibet eorum qui inde fuerit requisitus, teneantur et
debeant ad petitionem cuiuslibet partium ipsos arbitros seu
arbitratores cogere omnibus iuris remediis opportunis, ut
eligant tertium. Et si non concordaverint de electione dicti
tertii, quilibet ipsorum ~~Rectorum seu~~ qui inde fuerit requisitus
dictum tertium eligere teneatur. Et deinde ipsi tres ipsam
questionem diffiniant, et diffinire et terminare cogantur secundum
tenorem ipsius compromissi. Dummodo ipsi tres, vel duo ex eis
concordes, tertio presente, seu et absente et monito, ferant
ipsum laudum seu arbitramentum. Et si unus ex ipsis
arbitris sive arbitratoribus moriretur, ipso compromisso adhuc ipsum
pendente, eo casu in locum eius alius eligatur, nec compro-
missum propterea finiatur, vel expirasse intelligatur. Cuius electio
fiat et fieri debeat per ambas partes, si a principio talis
qui mortuus est per utramque partem electus fuerat. alias fiat
ipsa electio per illam partem tantum, que ipsum qui postea mortuus est
elegerat. Et quod postquam aliqui fuerint electi arbitri
seu arbitratores, et ipsam commissionem acceptaverint, co-
gantur et cogi possint et debeant ad laudandum ad petitionem
cuiuslibet partis per quemlibet dictorum Rectorum et officialium,
qui inde fuerit requisitus, omnibus iuris remediis opportunis. nisi
suo iuramento asseveraverint, sibi de veritate atque iustitia
ipsius cause non liquere. quo casu eis liceat aliquem bonum
et prudentem virum iuris peritum, necnon parti suspectum, super ipsa questione
expensis communibus ipsarum partium, consulere, tam in iure, quam in facto.
prout expediens fuerit. quod salarium ipse partes equa-
liter solvere teneantur. Postquam vero ipsum laudum sive
arbitramentum latum fuerit, si qua ipsarum partium voluerit
contra ipsum laudum vel arbitramentum de iniquitate seu nulli-
tate opponere, possit et debeat talis pars super ipsa ini-
quitate vel nullitate suam petitionem porrigere coram dicto
iudice extraordinario. infra decem dies, ex die promulgationis
dicti laudi sive arbitramenti, et scientie ipsius partis in-
continenti numerandos. Cui iudex super ipsa petitione et causa
procedat et procedere debeat breviter, summarie, et de pla-
no et sine strepitu, et figura iudicii. ~~et diebus quibuslibet~~

ipsa die promulgationis dicti laudi sive arbitramenti [illegible] minime compu-
tata.

~~ta iuridica quod feriatis illis dumtaxat exceptis qui ad~~
~~honorem dei fuerint feriati~~ Et ipsam causam terminet prout
iustum et equum fuerit, ita per actitata et producta coram ipsis
arbitris sive arbitratoribus, quod actitata et producta fuerint coram eo
fuerint, habita consideratione ad potestatem et baliam ipsis arbitris
seu arbitratoribus attributa, et ad veram medullam
et substantiam equitatis atque iustitie, et non ad rigorem
iuris et iudiciarium ordinem. Et predicta omnia sine so-
lutione salarii pagantur et expediantur iuxta formam predictam.

F De ratione reddenda a tutoribus et curatoribus — Rubrica lxxxvij.

vj Quilibet qui tutelam vel curam alicuius [generalem] administraverit,
ipsa tutela sive cura finita, teneatur comparere coram iudice
Cons. tut. extractandus simul cum eo cuius tutelam sive curam [ipsam] gessit et
administravit, et coram ipso iudice offerat se cum effectu
paratum velle reddere rationem dicte sue tutele sive cure,
et restituere reliqua. Cui iudex statim ad eius petitio-
nem fieri faciat quattuor ex propinquioribus consanguineis eius
cuius tutelam vel curam administravit, bone conditionis et fa-
me, quorum quilibet sit etatis viginti annorum ad minus,
duos videlicet ex parte ipsius patris, et duos ex parte ma-
tris, qui interesse debeant ad videndum et calculandum
et examinandum rationem predictam. Et coram eis talis
predictus tutor sive curator rationem predictam reddat et
reddere teneatur. Et quod dicti consanguinei per dictum iudicem
compellantur omnibus iuris remediis opportunis ad eius calcula-
tionem et rationem predictam. Et predicta omnia sine solutione sala-
rii pagantur et expediantur.

Et prout fuit declaratum per decem consanguineos observetur.

F De expensis factis in re communi reficienda [et aliis ad ipsam rem pertinentibus] — Rubrica vj.

vij Item statuimus quod habentes communionem in aliqua re cum alio, ~~non possit [aliud] obici a suo consorte cum quod ipsam communionem habet ipsam rem possidere~~, quod ipse talem rem non possideat
sive detineat [et ipse]. Et quod quilibet possit aptari, gu-
bernari, tegi, reformari et coli facere domum, molen-
dinum, terras et res alias in quibus cum alio communionem habet,
requisito prius suo consorte cum quo est in ipsa communione saltem
semel personaliter, vel bis ad domum sue habitationis, quod secum conferat

cum ipsam non possideat sic ei consorte non possit a tali suo consorte tali re possidente obici vel opponi

ARCHIVIO · BIBLIOTECA COMUNALE

39v

seu contribuat in predictis. Et si talis eius consors non consenserit quod tale opus et laborerium fiat, si quidem tale opus et laborerium necessarium sive evidenter utile fuerit, eo casu tale opus et laborerium licite fieri possit per ipsum consortem qui ipsum facere voluerit, contradictione alterius non obstante.

Et quod potestas et capitaneus civitatis Tuder. et iudices eorundem communis Tuder. et quilibet eorum qui inde fuerit requisitus teneantur et debeant ad petitionem talis qui dictas expensas fecerit, eas sibi facere reficere et restitui a tali suo consorte pro parte sibi contingente, ipsum quod ad predictam satisfactionem faciendam cogere omnibus iuris remediis opportunis. Et quod pro talibus expensis liceat sibi fructus et obventiones de parte tali suo consorti contingente percipere et habere, donec fuerit eidem de ipsis expensis pro parte ipsi suo consorti contingentis plenarie satisfactum. Et quod talis consors in dicta expensa conferre et contribuere cessans non possit uti ipsa re communi vel aliquid ex ea percipere donec dictam satisfactionem ~~qui tales expensas fecerit pro parte sibi contingente fecerit~~ fecerit cum effectu. Et si aliquis de consortibus alicuius molendini vel alterius rei immobilis fecerit aliquod laboreriu sive opus necessarium vel utile in ipsa re communi, suis

evidenter — tum sive opus necessarium vel utile in ipsa re communi suis — et solum

mani[bus], eo casu sibi de tali opere consortium debeat declarari ad sensum duorum amicorum communium. Et si duo essent molendina ad unam sepem sive clausuram, quorum unum sit ab una parte, et aliud ab alia, teneantur domini talium molendinorum ipsam sepem sive clausuram suis sumptibus manutenere et conservare, videlicet quilibet eorum usque ad medietatem ipsius sepis sive clausure. Et quod quilibet eorum teneat equaliter mictere aquam ad ipsa molendina. Et quod nullus possit aliquod opus vel laborerium facere vel fieri facere, per quod nocumentum sive obstaculum aliquod inferatur

tale molendinum — alicui molendino contra voluntatem eius cuius est, seu ad quem pertinet ~~tale molendinum~~. Et si quid in contrarium factum fuerit, talis contrafaciens illud destruere debeat.

sibi de eo destruendo facta — scilicet quindecim dies a die facti precepti, manu a computandos, sub pena solidorum centum cortonensium. Nullus quoque possit in aliquo flumine edificare de novo molendinum.

sive sepe, vel clausura hactenus factam, ultra morem
solitum altius elevare, per quod alterius molendino in dicto
flumine existenti obstaculum sive impedimentum aliquod
inferatur vel fiat. Et si contrafiat, destruatur ut supra con-
tinetur sub pena predicta. Item quod possit aliquis capud sue
sepis sive clausure appodiare apud rem alterius contra
voluntatem domini talis rei. Et si contrafactum fuerit, et
ille qui contrafecerit, iuxta preceptum sibi factum a iudice
tale opus non destruxerit atque removerit, liceat illi
in cuius preiudicium tale opus factum fuerit, ipsum sua
auctoritate destruere et radicitus removere. Nisi talis qui
sic appodiando contrafecerit, ipsum opus et laborerium
taliter per eum factum possederit pacifice saltem per decem
annos continuos. Quod tamen locum non habeat in hiis qui sic pos-
sedissent tempore guerre proxime preterite. Preterea volumus
quod quilibet habens coronam in aliquo muro possit super eo
muratam facere, dummodo tale murum comunem faciat in
ea grossitudine in qua erat, ita quod non possit partem
ipsius muri muratam facere et partem dimittere. Et si
aliter factum fuerit, talis murus ad petitionem ipsius consortis
destrui debeat. Verum si aliquis ex consortibus
muratam fecerit super ipso muro comuni, iuxta formam predictam,
non possit alter consors postea super eo edificare, vel in
eo aliquid immittere, sive apud ipsum aliquid appodiare, nisi
prius restituerit expensas sibi contingentes de tali edifi-
cio tali suo consorti pro parte quam cepit de ipso muro,
faciendo super eum edificare, sive in ipso aliquid immitten-
do, vel apud ipsum aliquid appodiando. Et quod cuilibet
consorti qui prius edificaret, liceat in ipso muro quem
edificaret facere fieri fenestras ad sui beneplacitum.
Ita tamen quod alter consors postea super eodem muro edificare
volens, seu in ipso aliquid immittere, vel apud eum aliquid ap-
podiare, licite possit tales fenestras pro parte sibi
contingente remurari et claudi facere ex parte sua,
refectis prius tali suo consorti expensis in ipso muro
factis pro parte quam de dicto muro apprehenderet, ut
predicitur. Et quod dicti Rectores et Iudices et quilibet eorum qui
in futurum regentes predicta omnia facere et observari facere teneantur sine
solutione alicuius salarii. Salvis pactis habitis inter ipsos
consortes.

ARCHIVIO BIBLIOTECA COMUNALE

De consortibus volentibus murare super muro com[muni] — Rubrica. Nonum.

viij Item statuimus, quod si aliqui habuerint domos [suas] simul contiguas,
et inter ipsas domos paries sive clausura non fuerit,
liceat cuilibet eorum, altero requisito, inter ipsas domos
construi et fieri facere parietem sive clausuram de li-
gnamine, sive de alia materia sufficienti et decenti. Et
si inter ipsas domos esset paries insufficiens, possit
quilibet eorum licite et impune, altero requisito, talem
remoueri et parietem inde destrui [et removeri] facere, et loco
eius alium sufficientem fieri et edificari, et de lapidibus
sive mactonibus, et calce, prout ipsius rei necessitas et uti-
litas suadebit. Et quod in quolibet dictorum casuum
alius consors teneatur assignare et concedere de suo solo
et terreno parte sua, in ea quantitate qua expedierit ad
dictum parietem construendum. Quo vero edificio compe- Et quilibet consors teneatur suum consortem predicta facere vel fieri facere volentem libere et pacifice pati et sinere, dum modo sua domus dicta occasione non destruatur.
rfecto, alter consors apud ipsum parietem aliquid appodiare
vel in ipso aliquid inmittere, sive super eo aliquod opus
vel edificium facere non possit, nisi prius alii consorti
cuius expensis talis paries factus fuerit, refecerit et
restituerit expensas in dicto pariete factas pro parte
sibi contingente. Ipsis autem refectis et restitutis,
dictus paries ad eum pro equali parte pertineat, et ipso facto
iure pertinere incipiat pleno iure. Ac et in eo et
super eo omnia facere possit, que et prout potest alter
consors qui ipsum construi et edificari fecerat. Ita tamen
quod nullus ipsorum consortum possit in tali muro fieri
facere aliqua fenestra, cloacha, sciacquaiale, vel
aliquod aliud opus, quod alteri consorti posset nocumentum
afferre. ~~Et quod quilibet talium consortum teneatur~~
~~suum consortem predicta facere sive fieri facere volentem~~
~~libere et pacifice pati atque permittere, dum tamen sua do-~~
~~mus dicta occasione non destruatur. Contrafaciens vero~~
~~in soldis centum condempnetur qualibet vice puniatur.~~ Et
predicta omnia potestas et capitaneus civitatis Tudertinae et iudex ex
ordinario dicti communis [Tudertinae] et quilibet eorum qui inde fuerit
requisitus, fieri et observari facere teneatur sub pena
librarum quinquaginta pro quolibet eorum contrafaciente et
qualibet vice. Insuper omnes et singule litteras nolumus quod

Margin notes: viij; removeri et; Contrafaciens vero in soldis centum condempnetur qualibet vice puniatur.

et quod qui dat de causis sive occasionibus mote fuerint
sine solutione salarii discutiant et terminent breviter,
summarie, et de plano, ac sine strepitu et figura
iudicii. ~~et diebus quibuslibet et feriatis, exceptis~~
~~illis tamen que ad dei honorem sunt feriati.~~

f Quod nemini liceat aliquid immictere in muro alterius. Rubrica. x.

viiij Item statuimus quod nullus habens domum iuxta domum
alterius possit aliquid immictere in muro talis domus
si ipse murus esset proprius sui vicini. nec in eo ali
qua fenestra, sive quicquam aliud facere absque volunta
te talis sui vicini. Et si quid in contrarium fecerit illud
debeat totaliter suis sumptibus amovere et destruere,
et murum ipsum in pristinum statum restituere et reducere
ad petitionem talis sui vicini. Nisi tale opus sive
hedificium per se et suos auctores pacifice possedisset
sabte [?] spatio triginta annorum, sciente et patiente domino talis
muri. vel nisi aliter probet, de iure tale opus fieri potuisse.
Que omnia potestas et capitaneus civitatis Tudertine et iudex ex
officio ~~dei~~ comunis Tudertini et quilibet eorum qui inde fuerit requisitus
fieri faciat, et super predictis cognoscat et diffiniat
breviter, summarie, et de plano, et sine strepitu et figu
ra iudicii. Et quod in casu huiusmodi nulla salarii so
lutio requiratur.

~~De lapidibus immissis~~

f Quod lapides immissi in aliquo muro alieno extra ipsum
murum protendentes supra aliquem locum pro terminis
habeantur. Rubrica. xi.

r Item statuimus quod lapides infixi in muro alieno prote
dentes extra ipsum murum super aliquem formellum (sive super aliquem alium locum.)
~~...~~ existentem inter domos aliquorum vicinorum, pro
terminis censeantur et habeantur. Et si quid fuerit super
apprehensum vel occupatum per aliquam personam, tales termi
nos vel suus murus in quo immissi sive infixi essent,
in statum pristinum restituatur, et reponatur sumptibus ipsius
super apprehendentis et occupantis ad petitionem cuiuscumque cuius
interest, non obstante aliquo lapsu temporis. Et si talis

ARCHIVIO · BIBLIOTECA COMUNALE · TODI ·

41r

occupator sive superapprehensor predicta facere contempserit, pena decem librarum ipso facto incurrat. ~~Et nec locum habeat in aliis huiusmodi lapidibus sive super tales fornel los, sive super alia quecumque loca protendant. Fiat autem~~

Et predicta omnia potestas, capitaneus, et iudex extraordinarius comunis Tuderti et quilibet eorum qui inde fuerit requisitus fieri et observari facere teneatur sine solutione salarii breviter, summarie et de plano, ac sine strepitu et figura iudicii.

De immunitate venientium ad laborandum in comitatu. Et forensium facientium castrum. Rubrica LXXXVI.

Item statuimus, quod quilibet forensis qui hactenus non consueverit habitare in civitate vel comitatu Tuderti veniens ad habitandum in ipso comitatu causa colendi et laborandi terras vel vineas civium vel comitatensium Tuderti, debeat immunitatem habere a die sui adventus usque ad decem annos, tunc proxime secuturos, si ipsam immunitatem petierit. Et tales sic venientes et ipsas immunitates impetrantes et optinentes, faciat potestas nominatim scribi et registrari in libro comunis Tuderti per notarium camere dicti comunis. Et qui non reperiretur in ipso libro scriptus nullatenus possit immunitate gaudere. Et quod syndici et massarii comunis Tuderti non possint nec debeant talibus advenientibus imponere aliquod onus toto tempore dictorum decem annorum. Item si quis forensis a decem supra vellet edificare sive construere aliquod castrum in comitatu Tudertino, gaudeat immunitate viginti quinque annorum extunc proxime subsequentium, prout habuerunt illi de castro franco, dum predicti faciant castrum eorum expensis. Et sint adstricti ad solutionem feudi sive salarii consulis sive castellani qui pro tempore in dicto loco per dictum comune positus fuerit et electus. Et quod potestas facere eis vendi locum opportunum pro iusto pretio pro fossis, carbonariis, fontibus et viis si sic placuerit et visum fuerit convenientius consilio generali dicti comunis.

(Marginalia: "qui ibi in ipso terras laboraverit"; "huiusmodi"; "civitatis predicte, tenatur"; "et aliis opportunitatibus"; "tempus"; "locum opportunum pro constructione talis castri"; "castro")

f De modo recipiendi forenses in cives — Rubrica — liiii

xl Item statuimus quod generaliter forenses volentes effici cives Tud(erti),
debeant suam petitionem porrigere dominis prioribus populi Tud(erti).
Et si per eos approbabitur, legatur postmodum coram viginti
quactuor secretis consilii populi Tud(erti). Et si per sedecim ex ipsis xxiiij^or
~~ad~~ ad minus optenta fuerit, facto et misso inter eos partito
partito et sollempni scrutinio ad bussulas et pallottas, legi
debeat postea in consilio generali communis Tud(erti), in quo intersit ad
minus Centum quinquaginta consiliarii, et optineri debeat dicti consilii
in ipso consilio per duas partes consiliariorum tunc ipsi consilio
assistentium ad bussulas et pallottas. Et aliter in civem
sive pro cive Tud(erti) aliquis recipi vel admicti non possit ullo
modo, et talis forensis antequam ad dictam Ciptadinantiam
admictatur vel recipiatur, seu admicti vel recipi possit,
aliquo vero et iusto titulo prius acquirere teneatur pleno iure
proprietatis et possessionis aliquam domum in dicta civitate Tud(erti). Et ea taliter acquisita tamdiu dicto beneficio gaudeat quamdiu ea per se vel alium sua possiderit in dicta civitate cum sua familia habitaverit.
si ea fictitie acquisiverit, eo casu Ceterum beneficium talis ciptadinantie gaudere non possit. Et nichilominus
in hoc casu talis domus sic fictitie acquisita dicto communi
ipso iure applicetur et acquiratur. ~~Ita tamen quod omnibus suis credi~~
~~toribus prius de eisdem satisfecerit, remaneat pro suis~~
~~debitis obligata.~~ ~~Hoc et intellecto quod talis cipta~~
~~dinatie beneficium sibi tamdiu proficiat, quousque talem do~~
~~mum per se vel tamquam sua possederit, et in ipsa civitate~~
~~cum sua familia habitaverit.~~ Quare non solum ad futu-
ros cives trahi volumus, set etiam ad illos qui a decem
et octo annis citra admissi fuissent in cives civitatis predicte.
A predictis autem excipimus Laurentium Nicolucii de Pe-
rusio et Comites de Campagna et Manfredum de ...
... quos ad huius capituli observationem nolumus obligari.

f Quod nullus alterius iurisdictionis emat possessiones in
comitatu Tuderti. — Rubrica — liiii.

xliii Item quod nullus forensis possit vel debeat emere in comitatu
Tud(erti) aliquam ~~possessionem sive rem immobilem~~ petiam terre. Et
si contrafecerit, Communi Tuderti talis petia terre ipso iure ac-
quiratur, et ex tunc potestate et fictione presentis capituli acquisita
esse intelligatur et censeatur. Et quod potestas civitatis Tud(erti)
primo mense sui regiminis teneatur predicta intimare et noti-
ficari facere per suas litteras terris et comitatibus propinquis et

ARCHIVIO BIBLIOTECA COMUNALE TODI

circumstantiis ipsi comitatui Tuderti, et ipsas licteras scribi et registrari facere per notarium Reformationum dicti comunis. Et etiam predicta omnia publice per civitatem Tuderti banniri facere in mensem predictum. Et quod syndici castrorum et villarum dicti comitatus in quibus sive infra quorum vel quarum confinia vel tenimentum tales possessiones terre erunt posite, teneantur et debeant denumptiare dicto domino potestati tales emptores sub pena quadraginta solidorum pro quolibet tali emptore non denumptiato. (pena) Et predicta locum habeat et si predicte lictere dictis terris sive comitatinis transmisse seu in scriptis registrate non fuerint, iuxta formam premissam. Item quod presens capitulum locum non habeat in illis de domo domini Bonifatii pape octavi, quos habemus nobilium pro civibus Tuderti.

f De possessionibus non alienandis alicui persone ecclesiastice. Rubrica. lxxxiij.

[illegible] Item statutum est, quod nullus de civitate vel comitatu Tuderti possit vel debeat vendere, vel quovis alio titulo alienare alicui persone ecclesiastice, aliquam ~~possessionem sive terram immobilem~~ (pecia terre) sitam in civitate vel comitatu predictis. Et si contra fiat, non valeat ipso iure. Et nichilominus pro te tali solvere teneatur et debeat talis venditor sive alienator comuni Tuderti omnes datas et collectas, et que omnes subire, prout ante talem venditionem sive alienationem tenebatur, non obstante iure aliquo in contrarium loquente. Salvo capitulo posito sub rubrica, Quibus casibus terre per aliquem concesse alicui ecclesie titulo permutationis debeant de libra removeri, et quibus non, quod in suo casu vendicet sibi locum.

f Ut habentes possessiones que olim fuerint alicuius persone ecclesiastice, solvant datas et gabellas cum penis de curtis. Rubrica. lxxxiiij.

[illegible] Item statuimus, quod omnes et singule persone subiecte iurisdictioni comunis Tuderti possidentes, sive ad eorum libram scriptas habentes, aliquas possessiones que olim fuerunt alicuius persone ecclesiastice, de quibus et pro quibus date sive collecte aut gabelle dicto comuni debite, olim solute non fuissent,

tuant ipsas datas, collectas, et gabellas solvere, et ad earum solutionem omnibus iuris remediis opportunis compellant et cogat tortes(?) ipsos cum omnibus penis quas propterea incurrissent, ab eo videlicet tempore citra quo per tales(?) dicto comuni subiecte tales res acquisisset, vel alias ad sua libra scribi fecisset.

De proposita facienda in consilio super facto libre. Et de favore prestando iudici libre — Rubrica — lxxxij.

Ut fraudibus que plerumque per quamplures excogitantur circa factum libre, quatenus est possibile obvietur, presenti lege duximus statuendum, quod potestas civitatis Tuderti teneatur vinculo iuramenti, primo vel secundo mense sui regiminis, proponere in consilio generali comunis Tuderti qualiter per [illegible] comune dictis fraudibus obvietur. Et quod quicquid super predictis per dictum consilium provisum et deliberatum fuerit, exequi teneatur sub pena quinquaginta librarum cortonensium. Ac etiam teneatur potestas quotiens fuerit opportunum suum favorem exhibere iudici libre dicti comunis circa omnia ad ipsum officium pertinentia, ad requisitionem eiusdem, sub pena librarum centum.

Quod nobilibus civibus terre per aliquem concesse alicui ecclesie titulo permutationis debeant de eius libra removeri, et cuius nomine — Rubrica — lxxxxj —

Item statuimus, quod dominus defensor et iudex libre comunis Tuderti cogat modis omnibus quibus potest omnes et singulos cives et comitatenses Tudertinos qui terras suas seu quas non possideret et usufructuaret in fraude comunis Tuderti scribi fecissent, sive que supra tenent(?) ad libram alicuius ecclesie civitatis sive diocesis Tuderti, ad ponendum ipsas terras ad libram ipsorum. Et si quis in predictis dicto iudici contempserit obedire, condempnetur per eundem iudicem pro quolibet quartigio talis terre usque in summam [illegible] librarum cortonensium, arbitrio dicti iudicis, consideratis facti qualitate et valore talis terre, ac gravitate talis inobedientie. Preterea volumus, quod si aliquis de dictis civibus sive comitatensibus Tudertinis titulo permutationis aliqua sua

ARCHIVIO - BIBLIOTECA COMUNALE TODI

petia terre alicui ecclesie concessisset / que re vera esset ma
ioris extimationis / quam terra quam ab ipsa ecclesia dicto titulo
recepisset . quod talis sua petia terre / quam tali titulo ipsi ecclesie
concessisset / nichilominus in sua libra debeat remanere .
non obstante permutatione predicta . Et si terra quam
ab ipsa ecclesia dicto titulo recepisset / esset maioris
extimationis . vel saltem equalis / cui est terra sua /
quam ipse dicto titulo ipsi ecclesie concessisset . eo casu
ad eius petitionem / talis sua terra de ipsa sua libra
debeat admoveri sive elevari / et eius loco poni
et scribi alia terra quam dicto titulo ab ipsa ecclesia rece
pisset .

f De terris per alluvionem accrescentibus / addendis ad li
bram . et de diminutis / removendis de libra . et
de iuramento fiendo circa predicta — Rubrica — lxxxxvij — .

xcvij Item statuimus quod dominus defensor et iudex libre com
munis / teneat et debeat facere banniri per civitatem
Tuderti . quod quilibet cui per alluvionem aliqua quantitas
terre de novo accreverit [vel] / ipsi domino defensori et iudici
in scriptis assignet terram predictam . sub pena decem librarum
cortonensium . pro quolibet quartengo ipsius terre / quam neglexisset ad iudicem
assignare . In qua pena idem dominus defensor quemlibet
predictorum contrafacientem condempnet . Et quod cuilibet li
ceat tales contrafacientes coram dicto domino defensore et iudice
denuntiare / et habeat medietatem pene / que dicta de
causa in camera dicti communis pervenerit / et eius nomen tene
atur secretum . Et nichilominus idem dominus defensor et iudex
~~defensor~~ de predictis inquirere teneatur . Et versa vice .
siqua quantitas terre fuerit alicui sublata per aliquod
flumen . quod dictus dominus defensor et iudex teneat eam remo
veri et elevari facere de sua libra . ita quod amplius
donec res ipsa in eodem statu permanserit / non cogatur
nec cogi debeat pro parte predicta sibi taliter adepta / vel diminuta /
data aliqua solvere / vel aliquod onus subire . Et ad in
veniendum veritatem de predictis / dictus dominus defensor ~~et~~ et iudex / eli
gere teneatur ad petitionem et sumptibus talis / cui sua terra ta
liter dicetur adepta sive diminuta / unum bonum et fidelem agrimensorem /

Marginal notes:

vel sive restituta fuerit . / et quod dies a die ipsius banni / initi in anno computatus ipsa / die dicti banniti in ipso ter / mino minime computata /

que ex eius denumptiatione ~~acciderit~~

ad ipsius petitionem

et ipsum iurare faciat de fideliter mensurando residuum ipsius terre
taliter diminute, ad hoc ut sciat quanta pars ipsius terre sit
taliter sit adempta. Et hec fiat presentibus syndico et
quactuor massariis ad minus illius castri vel ville in cuius
tenuta talis terra erat, seu esset [consueverat]. Et de predictis stetur
relationi talis agrimensoris. Que omnia dominus defensor
et Iudex fieri et observari faciat sub pena librarum
quinquaginta cortonensium quotiens ad sui notitiam predicta pervenerint.

De erroribus occurrentibus in libra alicuius in mensura, vel alio modo, corrigendis per Iudicem libre, et de modo in predictis servando — Rubrica — lxxxvi —

Item statuimus quod siqua pars terre scripta esse diceretur alicui ad libram suam ultra veram quantitatem et mensuram, quod per defensorem et Iudicem libre civitatis Tudertine eligatur unus bonus et fidelis agrimensor sumptibus talis conquerentis et ad eius petitionem qui ipsam terram debeat revidere et mensurare presentibus syndico et quactuor ex massariis loci in cuius tenuta esset posita ipsa terra, et deinde per relationem talis agrimensoris ~~sive mensuratoris~~ reducatur ~~et scribatur~~ [et mensuram] ad veram quantitatem. Et quod talis agrimensor ~~sive mensurator~~ tempore talis electionis ad relationem dicti Iudicis iuret ipsam mensurationem bona fide et legaliter facere. Teneatur quoque idem Iudex quemcumque alium errorem occurrentem in libra vel circa libram cuiusque et ad petitionem talis persone, veritate cognita, corrigi et tolli facere, et ad iustum et verum statum eam reduci facere.

De modo elevandi [a libra] et ponendi terras per notarios civitatis — Rubrica — lxxxvii —

Item statuimus quod nulla pars terre totaliter vel pro aliqua eius parte possit vel debeat poni elevari, cancellari, poni, scribi vel addi alicui persone de civitate vel comitatu Tudertino de libra, vel in libra, sive ad libram ipsius nisi per alterum duorum notariorum de dicta civitate eligendorum per officium duorum priorum populi Tudertini pro tempore sex mensium, quorum notariorum quilibet debeat exercuisse artem

notarie ad minus quinque annis. Et habeant dicti notarii pro eorum
salario pro qualibet petia terre in totum vel pro aliqua eius parte
taliter elevanda, cancellanda, ponenda, et addenda, quattuor
denarios tantum, scilicet duos denarios ab eo cui eam elevabunt
et cancellabunt, et alios duos ab eo cui poniat et addet,
et nil ultra recipiat, sub pena centum soldorum pro
qualibet vice et quolibet ipsorum contrafaciente. Ita tamen
quod ipsi vel eorum aliquis non possit neque debeat elevare
et cancellare aliquam petiam terre totaliter vel pro aliqua eius [alic.]
parte, de libra massarii dicti comitatus, et eam ponere et
[et alic.] addere ad libram civis, nobilis vel sergentis. Possit
tamen terras civium, nobilium et sergentium inter ipsos massariis
scribere ~~secundum formam sic moris est~~, elevare, addere,
et minuere, tam in libris catasti quam in superiectis sicut [et consuet.]
moris est fieri. Liceat etiam terras ipsorum massariorum
inter ipsos vicissim ponere et elevare. Teneantur
et ponere et scribere ad libras civium, nobilium, sergentium,
sive massariorum dicti comitatus omnes terras que eis alienate
erunt per aliquam ecclesiam seu ecclesiasticam personam. Hoc
et intellecto quod cum quis elevet et cancellet aliquam
petiam terre de libra alicuius civis, nobilis vel sergentis,
et eam ponat et addat ad libram alicuius massarii dicti
comitatus cui talis petia terre alienata diceretur, ~~primo~~ vi-
deat instrumentum talis alienationis, et ab ipso massario
solvi faciat omnes datas massariis impositas, ante
talem alienationem, pro libra talis petie terre cum penis
incursis pro dictis datis. Et pro quolibet dictorum [non solutas.]
notariorum qui aliquam petiam terre taliter elevaverit et posu-
erit ut dictum est, teneatur in fine talis sue scripture propria manu
[apponendo] scribere nomen et pronomen suum, ~~dicendo Ego notarius~~
~~predictam cancellationem, elevationem, detractionem, diminu-~~
~~tionem, sive adiectionem, vel positionem dicte petie terre~~
~~scripsi. et ponat~~ millesimum, mensem et diem. Et
si contra vel preter dictam formam aliqua petia terre
in totum vel pro parte aliqua cancellata, elevata, po-
sita vel addita fuerit de libra vel ad libram
alicuius, non teneat ipso iure.

f

De terris acquisitis per massarios ad comunis libra ponendis. et de pena massariorum facientium se scribi ad libra Civium, nobilium vel sergentum. — Rubrica. C.

Item statuimus, quod dominus defensor et Judex super laribus et libra comunis Tuderti, ad registrorum cuilibet per tractus teneatur et debeat facere scribi et poni omnes terras emptas, vel alio modo acquisitas per quecumque massarium comitatus Tuderti, ad libra ipsius massarii. et addi facere extimationem ipsius terre, summe illius casate vel ville de cuius universitate esset talis massarius. et ipsam extimationem facere cancellari, elevari et diminui de libra eius cui talis terra prius scripta erat. Et nichilominus cogat cum effectu talem massarium ad solvendum Camerario comunis Tuderti pro ipso comuni recipienti omnes et singulas datas, mutuas, collectas, ac gabellas, debitas ipsi comuni et omnia alia onera imposita per ipsum comune pro tali terra, a die quo talis massarius ipsam terram emisset, vel alio modo acquisivisset, usque in diem quo ipsam ad eius libra scribi faceret, cum pena dupli de eo tamen quod esset in mensis discomputatis et detractis omnibus quantitatibus dictis de causis per eius auctorem dicto comuni solutis. Preterea volumus quod nullus massarius qui scriptus sit in libra et inter lares massariorum comitatus Tuderti faciat se scribi inter lares vel ad libra Civium, nobilium vel sergentum, ~~dicte civitatis~~. Si quis vero contrafecerit, puniatur pro qualibet vice in centum libras comunis. Et quod dictus dominus defensor et Judex teneatur et debeat infra triduum postquam hoc ad eius notitiam pervenerit, talem massarium reduci facere ad libram et inter lares dictorum massariorum. Que omnia dictus dominus defensor et Judex teneatur executioni mandare ad penam vigintiquinque librarum comunis et sub vinculo iuramenti. Ad quorum observationem astringi volumus illos qui gaudent beneficio Tuderti extra forma alicuius capituli statuti vel ordinamenti dicti comunis, sine vigore alicuius

tam

ARCHIVIO BIBLIOTECA COMUNALE

45r +

~~privilegii eis per dictum commune indulti, aut vigore alicuius
conventionis habite inter eos et commune predictum.~~

f De terris massariorum non appodiandis, seu aliquo fictitio
titulo recipiendis, et de aliis ad dictam materiam fa-
cientibus — Rubrica — C.

xxj Item statuimus, quod dominus defensor super libera et laboribus [vel iudex]
comunis Tuderti teneatur et debeat saltem semel singulis
tribus mensibus sui regiminis, inquirere contra omnes et singulos
massarios comitatus Tuderti, qui eorum terras appodiaverint,
sive aliquo fictitio titulo alienaverint alicui civi,
nobili, vel forensi civitatis ~~vel comitatus Tuderti~~, seu
alicui ecclesie vel ecclesiastice persone. Et si quem massarium
invenerit contrafecisse, faciat tales terras ad eius libertatem
reduci atque reponi per notarios ad huiusmodi officium de-
putatos, sive per aliquem eorum. Et nichilominus cogat
eum omnibus iuris remediis opportunis, ad solvendum
omnes prestantias datas et collectas sive gabellas
dicto comuni debitas pro talibus terris, cum penis propterea
incursis. Alternus talem massarium, ac et illum qui talem
appodium talis terre recepit, seu dictum fictitium contractum
cum eo de tali terra fecit in fraude et preiudicium dicti
comunis, de facto in libris viginti quinque pro quolibet eorum con-
dempnet, ipsos quod ad eas solvendas compellat omnibus iuris
remediis opportunis. Et quilibet possit tales
contrafacientes denuntiare et accusare, et habere debeat
medietatem dicti banni, et nomen eius in credentia te- [quod ex eius denuntiatione accusatore in camera dicti comunis pervenerit]
neatur. Et ad fidem faciendam de predictis ~~quod talem~~
sufficiat ~~massarium sit~~ probato quod talis massarius tales terras tenet
et usufructuat, ac tenuit et usufructuavit post huius-
modi alienationem pro se et suo nomine, sciente et patiente illo
cui sive cum quo per ipsum massarium tale appodium, seu talis
fictitius contractus factum sive factus esse diceretur. Te-
neatur etiam predictus iudex, decem diebus ingressu per termi-
medios laboribus massariorum comitatus Tuderti, maxime inter
illos qui habitaverint vel possessiones habent in illo castro vel villa
in quo vel qua diceretur quod aliquis massarius debet esse suppositus,

Et eos potissime sup tali sua ingsitoe testificati fa
ciat. ¶ Et teneatur qlibet q sine eius pat aut
ul pavus patruus scriptus reperiret inter lates alicui
castri ul ville comitat Tuderti ibi solue omes datas
Collectas et gabellas dco Coi debitas p tali lati cum
penis ppterea iam incursis. ¶ Et qd dict Judex teneat
quelibet q sine eius pat aut ul pavus patruus
scriptus reperiret i libro latium dci comitat facto et scripto
tpe sapientis viri dni Lanterij de Castello olim
Judex sup libra ul quocumque alio tpre reduci facere
et scribi inter lates dci comitat i eo videlz loco i quo
ipse ul aliqs ex dcis eius ascedentibus scriptus reperiet
i libro predco. ¶ Et nichilominus eidem condepnet in
lbr viginti quinque cort. ¶ Ita tn qd si qs de predictis an qs ab alio de lat sive
dictis se dco Judici sponte detulerit extunc a dca denuptiat fuit seu qs cum
pena dcap viginti quinque lbr liberatus et exemptus existat notati p ipm Jud et ex suo
¶ Et ad fidem faciendam dco Judici qd aliqs sit offo processus aliqs fuit
de massarijs dci comitat et scribatur ad libra et
inter lates dcop massariop sufficiat qd ipse seu eius
pat aut ul pavus patruus reperiat scriptus inter
lates et ad libra dcop massariop. ¶ Contra quam
pbatoem nulla oppositio exceptio pbato ul defe
sio admictat. ¶ Teneat quoque dcs Judex omes
penas quas qcumque incurrisset occoe fraudis comisse
i libra ul latibus a tpre nove libre citra a tali qdn
faciente exigere et eidem ad eas soluendas compellere
oibus viis remedijs oportunis lapsu alicui tpris
no obstante neque aliquo iure qd i contrarium loquet.
¶ Que omia locum hre volumus no solum i futuris
sz et in preteritis no dum sopitis. ¶ Preterea
volumus qd dict Judex teneat quolibet mense sui
officij saltem semel publice banniri facere p civitas
tudes qd quicumque qt predicta fecisset eidem Judici de pro arbitrio
beat se defferre i termino ex parte ipi Judis assignandum
i bannimento pdco.

certu

ARCHIVIO-BIBLIOTECA COMUNALE TODI

46v

De noua libra non facienda alicui absque licentia dominorum priorum — Rubrica — CIII — .

xxiii Item statuimus quod nullus officialis communis Tuderti possit vel debeat alicui civi Tuderti, nobili, vel sergenti non habenti libram in libro communis Tuderti ponere, facere vel scribere libram novam, absque expressa licentia officii dominorum minorum priorum populi Tudertini. Et si contrafactum fuerit, non valeat ipso iure. Et nichilominus officialis contrafaciens in libris quinquaginta communi vice qualibet puniatur.

De filiis massariorum comitatus Tuderti emancipatis scribendis inter lares, et ad libram ipsorum massariorum — Rubrica — CIIII — .

xxiiii Item statuimus quod quilibet emancipatus a suo patre vel avo paterno, massario comitatus Tuderti, scripto inter lares dicti comitatus, poni et scribi debeat inter ipsos lares. Et omnes sue terre poni et scribi debeant ad eam libram inter ipsos massarios, et eo videlicet loco ubi talis eius pater vel avus paternus scriptus reperitur. Quod ideo locum habeat, si talis emancipatus seorsum a tali suo patre vel avo cum sua familia larem habuerit. Et quod dominus defensor et iudex super laribus et libra communis Tuderti teneatur infra tres dies, postquam predicta sibi denuntiata et notificata fuerint, ea exequi facere cum effectu ad petitionem cuiuslibet persone, sub pena librarum C cor.

De massariis scriptis per errorem ad libram civium, nobilium, vel sergentium, reponendis ad libram massariorum — Rubrica — CV — .

xxv Item statuimus quod quicumque notarius civitatis Tuderti, ~~scriptor~~ ad huiusmodi officium deputatus, ~~et~~ per errorem posuerit aliquem massarium comitatus Tuderti ad libram civium, nobilium, vel sergentium, possit et debeat licite et impune talem suum errorem notificare et assignare coram dominis prioribus populi Tuderti, et deinde de ipsorum conscientia et consensu talem massarium

i. scripserit et

scribere et ponere ad libram massariorum dicti comitatus, et
elevare et removere de libra dictorum civium, nobilium,
vel forensium. Et quod talis massarius, si se sponte
detulerit et assignaverit domino defensori et iudici libre
dicti comunis, antequam per aliquem de predictis denumptiatus fuerit,
seu per ipsum iudicem de predictis contra eum inquisitio aliqua fu
erit inchoata, et se ad libram massariorum scribi et
reponi fecerit, extunc ab omni pena sit et esse intelligatur
exceptus. Et de errore predicto stari volumus iuramento
dicti notarii, taliter ut predicitur asserentis.

f De inquisitione facienda de latitantibus. — Rubrica — lxxxviiij.

xxi Item statuimus, quod potestas et capitaneus civitatis Tuderti,
et eorum iudices, et defensor comunis Tuderti, et
quilibet ipsorum teneantur et debeant primo mense eorum re
giminis facere inquisitionem de omnibus latitantibus comitatus Tuderti,
et de omnibus personis que scripte esse debent in libris
latitantium dicti comunis, et in eis scripte non erunt. Et si quos
invenerint qui sive cum patre, avus, vel patruus pa
trui, tamquam massarii dicti comitatus, aliquam datam vel
collectam solvisset dicto comuni aliquo tempore in viginti
quinque annis tunc proxime precedentibus, quod tales personas
scribi facere teneantur inter latentes, et ad libram mas
sariorum dicti comitatus, inter illos eorum massarios cum quibus
ipse sive eius pater, avus, vel patruus pro eius tale
datam sive collectam solvisset, ut dictum est. Et
nichilominus tamquam massarius dicti comitatus pro terris
quas habet in dicto comitatu, teneatur dicto comuni datas et debendas
collectas sive gabellas dicto comuni debitas, per ipsum comuni
integraliter solvere. Et si aliquis massarius dicti
comitatus inveniretur in libro libre, massariorum dicti comitatus, cancellatus,
seu cuius libra cancellata reperiretur in dicto libro, et
postea reperiretur in libro libre civium, nobilium, vel
forensium, quod reducatur et scribatur ad libram et in libro
libre massariorum predictorum, non obstante dicta cancellatione.

f Quod scripti ad latentes plurium et diversorum locorum debeant ad
unum latentem tantum teneri. — Rubrica — ciiij.

ARCHIVIO - BIBLIOTECA COMUNALE - TODI

47v

xxvii Item statuimus, quod siquis scriptus esset ad libram et inter
libras, in pluribus et diversis locis comitatus Tudertini
reducatur ad unum locum quem sibi magis placuerit, et de
aliis cancellet et removeatur, et quod non gravetur
sive per aliqua de aliqua data, sive collecta, seu de aliquo alio vel per aliquem
onere, nisi pro uno libro et in uno loco tantum, dummodo talis
descriptus eligat et declaret, se velle esse et remanere
ad libram, et inter libras alicuius de ipsis locis, in quo vel quos
magis de iure esse debet. Et si contra, dominus defen-
sor et iudex librae et latinum communis Tudertini ad talis personae
postulationem fieri faciat, vocatis hiis quorum interest,
procedendo super predictis, breviter, summarie et de plano,
et sine strepitu, et figura iudicii. Et tandem
prout sibi iustum et equum visum fuerit, suo proprio
nudo arbitrio et iudicio decidat atque declaret. Cuius
declarationi et arbitrio stari debeat in predictis.

f Quod statuta loquentia contra massarios locum non habeant
contra habentes beneficium civium, nobilium vel forensium. Rubrica [illegible]

xxviii Item statuimus, ad omne dubium tollendum, quod quicumque
aliquod capitulum statutorum vel ordinamentorum communis Tudertini, loquitur
contra aliquos qui seu quorum patres, avi, sive proavi
scripti
patrui, reperirentur inter libras comitatus Tudertini, seu
inter ipsos massarios allibrati, sub quocumque tenore non
vendicet locum in illis qui gau-
deret beneficio civium, nobilium vel forensium ex forma
alicuius capituli statuti vel ordinamenti dicti communis, seu vigore
alicuius privilegii eis ab ipso communi concessi, vel vigore alicuius legiptime
[illegible] ~~[illegible]~~ esset dicti communis.

f Quod sive libre pro [illegible] nobilibus vel forensibus
comitatus Tudertini, irrequisito syndico communis, non valeat. Rubrica [illegible]

xxviii Item statuimus, quod nulla sententia hactenus lata et
quae fieret imposterum, per quemcumque rectorem sive
officialem communis Tudertini, per quam aliquis massarius esset
pronuntiatus et declaratus forensis, nobilis, sive

Civis, vel scribendus inter latinos sive ad libram civium,
nobilium vel forensium. Vel aliquis sorgeret pro nobili
vel cive, sive aliquis nobilis pro cive aut scribendus
inter latinos sive ad libram nobilium seu civium, aut
nobilis pro cive, sive scribendus inter latinos seu ad li
bram civium, non presente vel non legitime registro syn
dico com. tud. legitimum et sufficiens ad hec mandatum
habente, valeat sive teneat, sed ipso iure sit
nulla. Et quod ex huiusmodi factis nullum ius alicui
acquisitum esse intelligatur, sive acquiri possit, neque eo
com. preiudicium aliquod generatum, vel generari possit.
Et quod nullus huiusmodi sententiis, decreto utatur
vel uti possit coram aliquo Rectore vel officiali
dicti com. Nec tale utentem aliquis ipsorum rectorum
vel officialium audiat sive audire valeat quoquomodo.
Et nichilominus quilibet contrafaciens in libr. centum
com. pro vice qualibet puniatur.

f Quod potestas et Capitaneus observent statuta et
reformationes super libra. — Rubrica — lxxxv.

xxx Item statuimus quod potestas et Capitaneus quilibet (cuiuslibet)
eorum teneantur omnia et singula statuta, ordi
namenta et reformationes facta et facienda, et que fient
imposterum super actatione nove libre com. tud.
observare et observari facere ad penam ducentarum librarum com.
pro quolibet eorum contrafaciente.

f De libra non dividenda inter morantes in eadem novum
familia. — Rubrica —

xxxi Item statuimus quod libra alicuius de civitate vel
comitatu Tuderti scripta et accatastata in libro
libre seu catasti com. tud. non possit per directum
vel per obliquum aliquo colore quesito dividi vel seg
aliquos gari inter simul in comuni et in eadem domo et
familia permanentes. Contrafaciens seu fieri

ARCHIVIO-BIBLIOTECA COMUNALE TODI

faciens. puniatur per dictum defensorem et Judices super
libra et catastis dicti communis in decem libris cortonensium pro quolibet
quartigo terre. sic scripte, elevate seu posite contra
formam predictam. Et nichilominus quod in contrarium
factum fuerit. ipso iure sit nullum. et in statum pristi
num penitus reducatur. Et quod omnes et singuli
quorum libra contra dictam formam divisa et segregata
fuerit. teneantur donec in ipsa corone domo et familia si
mul perstiterit, ipsam libram uniri et simul cumu
lari facere, sicut primitus erat ante divisionem et segre
gationem predictam, infra terminum eisdem per dictos Judices
statuendum, ad penam predictam.

nova — f — Quod quilibet teneatur ponere simul et sub eodem contestu scripte ad libram suam terras ad
se pertinentes. — Rubrica —

xxxii Item statuimus, quod quilibet habens in pluribus partibus
libri libre, sive catasti communis Cortone. terras aliquas
ad ipsum pertinentes quocumque modo, iure, vel titulo, et
si tales terre essent dotales, sive parafernales, scrip
te in ipso libro, sive sub suo proprio nomine, sive here
ditario, seu sub quocumque alio nomine. teneatur dictas
terras et totam ipsam libram, in uno et eodem loco, et sub
uno nomine tamen, et eodem contestu simul accatastari scripture
et allibrari facere infra terminum sibi statuendum per
Judices libre dicti communis. ad penam decem librarum cortonensium
pro quolibet quartigo talis terre, que scripta et posita
non reperiretur in dicto libro. secundum formam predictam.

f — nova — Quod quilibet faciat sibi scribi et allibrari terras quas
emerit, vel alio titulo quesiverit. — Rubrica —

xxxiii Item statuimus, quod quicumque emerit, vel quocumque alio
titulo acquisiverit aliquam petiam terre. teneatur et
debeat infra tres menses ex tunc proxime subsequentes.
dictam petiam terre poni et scribi facere ad libram
suam. in libro et catasto libre dicti communis. ad penam

duplj extimationis ip(s)i(us) t(er)re. ¶ Et p(re)d(i)c(t)a locu(m) no(n) h(abe)ant
i(n) t(er)ris sc(ri)ptis ad libra(m) massarior(um) comitat(us) Tud(erti) seu
massarior(um) forensium, q(ua)s Cives Tudertini, nobiles
vel seq(ue)ntes d(i)c(t)i comitat(us) emerint vel alio quocu(m)q(ue) iure
vel titulo acquisiverit. Adhoc ut libra d(i)c(t)i comitat(us) Tud(erti)
nullatenus minui possit. ¶ Et q(uod) Judex sup(er) laribus
et libra d(i)c(t)i com(unis) teneat (et) debeat modis o(mn)ib(us) q(ui)b(us)
pot(est), cu(m) p(ro)motore vel sine, p(ro)cedere (et) investigare
c(ontr)a omnes (et) singulos facientes c(ontr)a formam alicui(us) cap(itu)li
stat(utorum) sive ord(inamentorum) d(i)c(t)i com(unis) tractantium de materia lariu(m)
sive libre. Et rep(er)tos culpabiles penis debitis pu
nire (et) condepnare. ¶ Et q(uod) q(ui)lib(et) possit contrafa
cientes in p(re)dictis vel aliquo p(re)dictor(um), eide(m) Judici
denu(n)tiare (et) accusare, et h(ab)eat medietatem banni, & q(ui) (et) a denu(n)p(tiatore) vel accusat(ore) i(n) Ca-
et nom(en) teneatur secretum. | meraria d(i)c(t)i com(unis) p(er)venit.

novu(m)

f — De pena facientis elevari de libra sua t(er)ras quas possideat. R(ubric)a —

xxxiiij — Item statuimus, q(uod) nullus de civitate vel comitatu Tud(erti)
audeat vel p(re)sumat elevari facere seu p(er)mictere
de libra sua aliqua(m) petia(m) t(er)re, n(isi) ea(m) vendiderit
vel alio vero et iusto titulo alienaverit. ¶ Contrafaciens no(n)
puniat(ur) p(er) Jud(icem) libre (et) lar(ium) qualibet vice i(n) decem libr(is) cort(onensium)
p(ro) quolibet quartigio tal(is) t(er)re. Et i(n) totide(m) puniat(ur)
q(ui)lib(et) faciens seu p(er)mictens ipsam t(er)ra(m) scribi et
poni ad libra(m) sua(m) in libro sive catasto d(i)c(t)i com(unis).

CCLxviij. Sc(ri)bat(ur) h(ic) q(uod) lxxxv. q(uod) massarius comitat(us) teneat co(n)t(r)a sc(ri)pta i(n) c(apitulo) xxviij. cata(s)ta in duob(us) c(apitulis) ... con(tra)h(entes) (et) p(re)ca sc(ri)bat(ur) h(ic) alia ... xxx. cata(s)ta ... iiij.

f — Q(uod) q(ui)lib(et) lar de plano Ameri h(ab)eat una(m) quartigata(m)
t(er)re. (et) de oneribus p(ro) eis subeundis. R(ubric)a. lxij. — iiij

xxxv — Item statuimus, q(uod) q(ui)lib(et) lar existens i(n) castro pla
ni Ameri, habeat (et) habere debeat una(m) quarti
gata(m) t(er)re, i(n) ~~d(i)c(t)i plani Ameri q(uo)d e(st) com(unis) Tuderti~~ [q(uo)d e(st) com(unis) Tud(erti)]
sicut hactenus h(ab)uerunt. dummodo p(re)stet et p(re)
stare teneat q(ui)lib(et) de ipsis laribus quolib(et) anno
d(i)c(t)o Co(mun)i p(ro) ipsa quartigata t(er)re. quinq(ue) sold(os) cort(onensium).

[left margin:] q(ua)m d(omi)ni co(mun)i ... i(n) ten(imento) sive i(n) confinia d(i)c(t)i castri.

Biblioteca Comunale – Archivio – Todi

Salvis pactis et conditionibus olim appositis in concessione dicti
territorii hactenus eis facta per commune predictum. Et quod omne et totum
id quod superest de dicto territorio plani Ameri, a dicta quanti
tate terre contingente pro quolibet late predicto supra, libere
remaneat et sit dicti comunis, ita quod ipsum commune tamquam verus
et legitimus dominus de ipso territorio faciat et facere valeat
quicquid sibi placuerit. Et quod omnes et singuli habi
tatores in dicto castro de bonis acquisitis per eos post concessi
onem dicti territorii factam eisdem per dictum commune, sive imposterum
acquirendis, solvere debeant ipsi comuni omnes datas et collec
tas, omniaque onera patrimonialia, prout eis subirepserit faciunt
alii massarii comitatus Tuderti, non obstante immunitate olim
eis per ipsum commune concessa, que quantum ad hec in nichilo
patrocinetur eisdem—

F De cursu aque non impediendo. et de formis vacuandis — Rubrica — iiij.

xxxvj Item statuimus quod potestas, Capitaneus et Judex comitatus
comunis Tuderti, et quilibet ipsorum quando inde fuerit requisitus,
teneantur et debeant cogere omnibus viis remediis oportunis,
omnes et singulos in quorum et per quorum terras, aque longe
magis retroactis temporibus fluere consueverunt, ut eas more
solito in ipsas et per ipsas terras fluere faciant, atque sinant.
Et quod mundent, fodiant et vacuent suis expensis foveas
sive formas in quas et per quas ipse aque fluere consue
verunt. Ita quod cursus ipsarum aquarum nullatenus impediatur,
set in eas et per eas libere fluere possint, prout hactenus
fluere consueverunt. Et si predicta non facerent, in termino
eis ab aliquo de dictis Rectoribus, sive a dicto Judice assi
gnatu, seu postquam eis ab eo cui interest, denuntiatum
extiterit, possit quilibet cui interfuerit predicta omnia facere et facere
sua auctoritate. Ita quod in eas et per eas ipse aque libere
fluere valeant prout hactenus consueverunt. Et predicta
dicti Rectores et Judex et quilibet eorum quando inde fuerit
requisitus, fieri faciant ad petitionem cuiuslibet cui interfuerit,
sive qui sua diceret interesse. Et quilibet in predictis, eis, vel alicui eorum contra ipsa ...
non obtemperantes, in solidis quadraginta cortonensium possit et condempnari.

debeat uice qualibet contrafaciente. Et nichilominus totum dampnum
interesse et expensas quod uel quas aliquis eam interat dicta
de causa passus fuerit sive fecerit, eidem reficere, emen-
dare et restituere talis contrafaciens integraliter teneatur.
Et predicta etiam locum habeant in civitate Tuderti in fornacibus
et chiocanis. Preterea volumus quod omnes et singuli
agricultores sive laboratores terre teneantur mundare
et vacuare omnes foveas sive formas in ipsis terris sive
circa eas existentes, seu que eas contingerit. Que
omnia pagant et expediant sive solutores salarii. Et
predicta non solum in futuris sed et in preteritis non dum sopitis
vendicent sibi locum.

F De iure stillicidii non ledatur per conductos comunis Tuderti — Extra — xlv.

xxxvij Item statuimus quod siquis habuerit ius stillicidii super domum vel
casalenum sive terrenum alterius sive aliud simile ius.
Et deinde ~~uel alia de causa~~ aqua talis stillicidii per alium
locum ducta sive derivata fuerit, occasione conductuum ci-
sternarum comunis Tuderti, quod propterea tale suum ius in aliquo
non ledatur uel minuatur, sive lesum uel diminutum esse in-
telligatur. Nec dicta de causa sive occasione quis acquirat ius aliquod
alterius acquirat. Iure aliquo non obstante.

F De pena prestantis impedimentum aque fluenti in platea
comunis Tuderti sive quod aque et turpitudines non fluant in chiocanas — Rf. clxxxij. iiij. dist.

xxxviij Item statuimus quod nullus faciat sive inferat aliquod
obstaculum sive impedimentum propter quod aqua fluens
seu fluere solita in platea comunis Tuderti inter domum olim
ser Grappe et domum olim Hugolinelli Gerardi non
possit libere fluere. Contrafaciens vero in viginti solidis
i locum et placeam predictam. contrafaciente qualibet puniatur. Preterea volumus
quod omnes aque et turpitudines libere fluant et fluere
possint ad chiocanas statutas in stratis dicti comunis. Et
siquod obstaculum uel impedimentum per aliquem in contrarium
factum esset, potestas et iudex ex officio comunis Tuderti et quilibet
eorum qui inde fuerit requisitus, postquam hoc eis denuntiatum

Biblioteca Comunale · Archivio · T.

fuerit a quacumque persona, illud admonendi facere per iudicem teneatur,
aliquo lapsu temporis non obstante. Et nichilominus tale contra
facientes in dicta pena incurrant. Que omnia sine so
lutione salarii pagamentur et expediantur.

f De sepalibus sive arboribus pendentibus super rem alterius removendis. Rubrica .v.

xxxviij Item statuimus quod si quis habet aliquam arborem sive sepalem que
vel quod protendat sive pendeat super rem alterius, Potestas, Capi
taneus et Iudex executorum comunis Tuderti, et quilibet eorum qui inde
fuerit requisitus, teneantur et debeant ad petitionem cuiuslibet cuius
extra per secutos (?) interfuerit, eidem precipere quatenus in decem dies ipsam vel ipsum
quatenus super rem alterius protendet sive pendet, remo
veat et abscindat, quod si non fecerit in solidos xl denariorum
puniatur. Et insuper dicto termino elapso, ille super cuius
rem talis arbor protendit sive pendet, licite et impune
possit colligere de fructibus existentibus in ramis et superare (?)
ramos talis arboris super ipsam suam rem protendentibus sive
pendentibus. Que omnia locum habeant etiam in sepalibus et arbo
ribus protendentibus sive pendentibus super aliqua via publica
sitam in vel vicinale civitatis vel comitatus Tuderti. Et hec et super solutione (?)
alicuius salarii discutiantur, terminentur et expediantur.

f De arboribus alicuius existentibus in re alterius vendendis ad petitionem
cuiuslibet partis. Rubrica .xlj.

xl Item statuimus quod si quis habuerit aliquam arborem in terreno alterius,
teneantur Potestas et Capitaneus et Iudex executorum comunis Tuderti,
et quilibet eorum qui inde fuerit requisitus, in uno mense, extra per subsequentes.
~~precise querella de hoc coram eis vel alio eorum exposita sine~~
~~[illegible]~~ cogere cum effectu omnibus viis remediis oportunis
tam dominum dicti terreni ad petitionem domini talis arboris, ad eam
habendam emendam pro iusto pretio, quam et ad petitionem domini talis terreni,
dominum talis arboris ad ipsam sibi vendendam pro iusto pretio.
Et si de pretio dicte arboris inter eos concordia non erit, te
neantur dicti Potestas, Capitaneus sive Iudex, qui inde fuerit requisitus, ipsum
pretium taxari et declarari facere per unum vel duos amicos
comunes partium predictarum, cuius vel quorum arbitramento, taxa
tioni vel declarationi stare debeant ipse partes. Et
predicta omnia sine solutione salarii expediantur.

De terminationibus faciendis — Rubrica — xl.

+4 Item statuimus quod si aliqui habuerint et possederint aliquas
possessiones, terras vicissim confinantes atque contiguas, que inter
se terminate non sint, Potestas, Capitaneus et Iudex communis
civitatis Tuderti, et quilibet eorum, qui de hoc fuerit requisitus, teneantur
et debeant dictas terras infra unum mensem extunc proxime
secuturum, ad petitionem cuiuslibet partium, terminari facere
per unum vel plures homines sive homines qui de hiis melius no
verint sive noverit veritatem. Quod locum habeat sive tales
terre nunquam terminate fuerint, sive iam terminate fuissent,
et deinde ipsi termini fracti, evulsi, mutati, occultati,
coperti, flexi aut inclinati quacumque de causa sive occasione
fuisset. Teneantur quoque dicti Potestas, Capitaneus
et quilibet eorum qui inde fuerit requisitus. sive Iudex ad petitionem cuiuslibet facere terminari omnes vias
publicas sive vicinales, sitas in civitate vel in comitatu Tuderti.
Et si aliqua earum vel alicuius earum pars ingromorata sive disoccupari,
apprehensa vel occupata fuerit, eam disgromorari, restitui ac
in pristinum statum statim reduci faciat omnibus sumptibus talis ingromo
rantis, seu apprehendentis sive occupantis. Nulla temporis pre
scriptione obstante. Quam terminationem fieri faciat per duos
vel plures homines habentes prope talem viam possessiones suas, sive per earum cultores.
~~suas~~, iuramento prius per eos prestito de ipsa termina
tione fideliter et legaliter facienda. Et quod hii iuxta quorum
possessiones talis terminatio fieri debebit, teneantur
expensis ipsorum dare lapides qui per ipsa terminatione fuerint
oportuni. Et predicta locum habeant etiam in terminationibus
fiendis de quibuscumque fossatis sive fossatellis, per que aqua
continue vel cum temporis intemperie fluere consuevit. Et
quod nullus impedimentum vel obstaculum aliquod inferre
debeat, quominus per ipsa fossata sive fossatella aqua libere
more solito fluat et fluere possit. Et si quid in contrarium
factum fuerit, illud expensis contrafacientis debeat totaliter illico
removeri et in pristinum statum reduci. Et quod si quod
terrenum alicui ~~restitutum fuerit~~ accreverit sive restitutum
fuerit a flumine Tiberis, terminari debeat prout ~~tra~~ tale terrenum tra
hitur et protenditur per directum versus ipsum flumen per homines
ftco qui de huiusmodi melius sciverit veritatem, per alterum dictorum
Rectorum, sive per dictum Iudicem eligendos. Quod etiam locum habeat

BIBLIOTECA COMUNALE · TODI · ARCHIVIO

in flumine dernate . Nagie . et fagene (Dummodo talis
terminatio non preiudicet nec preiudicare possit alicui in
fortiis sui molendini. ¶ Et quod dicti potestas et capitaneus
et quilibet eorum teneantur mictere unum de suis notariis ad par- ~~quod inde fuit registrus~~
titorem cuilibet cum inter sit sive qui sua dixerit interesse
ad faciendum fieri et exequi omnia supradicta quotiens expediens
fuerit. ~~et ipsi vel aliquis eorum de predictis vel aliquo predictorum~~
~~fuerint requisiti~~ ¶ Et si de predictis vel aliquo predictorum ~~occurre~~
aliqua questio vel controversia mota fuerit coram aliquo de dictis
Rectoribus vel iudicibus discuti, cognosci et terminari debeat
breviter summarie et de plano et sine strepitu et figura
iudicii. ¶ Et quod quicumque in predictis inobediens fuerit alicui
de dictis Rectoribus sive iudicibus de ipsa causa cognoscenti
possit condempnari vice qualibet in libras decem. eorum arbitrio usque
iudicantis. Consideratis ~~...~~ qualitate ipsius inobedientie
et conditione persone talis inobedientis. ¶ Et predicta omnia sine
solutione alicuius salarii peragantur et expediantur.

f Quod quilibet habens aliquod terrenum necessarium ad constructionem
sive refectionem alicuius castri, teneatur illud vendere. Rubrica.

fm Item statuimus quod si aliqui massarii de comitatu Tuderti
vellent de novo construere, seu reactare vel reforma-
re aliquod castrum in dicto comitatu ~~Tuderti~~. Et aliquis qui haberet
aliquam suam possessionem in eo loco necessariam ad constructionem
reaptationem vel reformationem dicti castri, recusaret eam
ipsis massariis pro iusto pretio vendere. quod talis habens posses-
sionem predictam teneatur et omnibus iuris remediis oportunis compellatur
et compelli possit et debeat ad petitionem dictorum massa-
riorum per dominum potestatem sive capitaneum civitatis Tuderti.
ipsam possessionem dictis massariis pro iusto pretio vendere, atque
ipsis tradere. et si de pretio fuerit contentio inter eos, debeat
ipsum pretium taxari et declarari per unum vel duos amicum
sive amicos communes sive communes utriusque partis. ¶ Et quod quilibet
habens domum vel casalenum in dicto castro teneatur contribuere
et conferre ad omnes expensas oportunas ipsius castri pro parte
eidem contingente de expensis predictis. ¶ Preterea
volumus quod si per homines alicuius castri supra apprehensum vel occu-
patum fuerit de terreno alicuius possessionis vel alio munimine ipsius
castri, quod domino talis terreni per eos satisfieri debeat de iusto
pretio ipsius terreni, non obstante aliquo lapsu temporis. ¶ Item quod
nullum castrum de novo fieri possit in comitatu Tudertino sine expressa
licentia Consilii generalis communis Tuderti.

Hic scribatur R. CCIIII de pena
habentis hostia in muris alicuius castri,
scripta in c. quaterno. carta xl.

f De custodia et sollicitudine pontis curtis, ~~et pontis Montis~~
~~Molini~~ Rubrica - xlvij.

xliij Item statuimus, quod ~~potestas civitatis Tuderti teneatur et debeat~~
~~precise cogere~~ syndicus castri pontis curtis ~~et syndicum~~
~~ville sancti Proforii et syndicum ville sancti Nicolai et syndicum~~
~~ville sancti Angeli de Montemolino. Videlicet syndicum~~
~~dicti castri pontis curtis~~ saltem quater in anno vadat ad
perscrutandum et videndum (ipsum) pontem curtis et eius pilas.
~~Et reliquos supradictos syndicos quatenus vadant similiter~~
~~saltem quater in anno ad videndum et perscrutandum pontem~~
~~Montismolini et eius pilas. postquam ipse pons Montismo~~
~~lini fuerit refectus et reaptatus fuerit~~ si forte aliqua — (ad hoc ut sciat ...)
refectione sive reformatione indigeat. Quod si non (?) et
si quidem aliqua refectione vel reformatione indigeret, te-
neatur dictus syndicus predicta statim referre et denuntiare
~~eidem~~ domino potestati, qui dominus potestas die proxime subsequenti
teneatur et debeat convocari et coadunari facere Consilium
generale, et in ipso Consilio predicta proponere, et illud
quod tunc (ipsum) Consilium duxerit ordinandum, exequi facere,
~~et teneatur~~ quod si non fecerit, in libris quinquaginta denariorum
cortonensium puniatur.

Lu(?)ce tud.

Cons. tud.

f Quod proponatur in Consilio populi de refectione pontis
Montismolini. Rubrica - xlviij.

xliiij Item statuimus, quod dominus Capitaneus populi Tuderti, in primo
mense sui regiminis, sub vinculo iuramenti et ad penam
centum librarum cortonensium teneatur et debeat proponere in Consilio ~~dicti~~
populi, quid videtur et placet ipsi Consilio providere et or-
dinare super ~~refectione~~ (rehedificatione) reaptatione pontis Montismo-
lini. et id quod tunc in dicto Consilio fuit ordinatum — (dominus potestas et eius)
executioni mandet. Et quod postquam dictus pons refectus et rehedificatus fuit, teneatur syndicus
ville sancti Proforii et syndicus ville sancte Nicholay et syndicus ville sancti Angeli de Monte Molino
saltem quater in anno ire ad perscrutandum et videndum pilas ~~dicti pontis~~ ad hoc ut sciat utrum

f De Ponte faciendo in flumine Nagie, in Guado Collis - Rubrica - xlviiij.

xlv Item statuimus, quod fiat et fieri debeat ad petitionem
cuiuslibet, in Guado Collis, subtus Gobianum in flumi-
ne Nagie, in via qua itur ad castrum Rosarij, et dicta
Pontis et expensis adiacentium.

aliqua refor-
matione vel re-
fectione indi-
geat/ ~~anno~~
et si quidem aliqua
refectione vel
reformatione
indigent, te-
neatur ille statim
referre et no-
tificare dicto domino
Capitaneo, dominus
Capitaneus statim die
proxime subsequenti
teneatur dictum Consilium
facere convocari, ad
unari, in eo
proponere, pro
... ...

ARCHIVIO · BIBLIOTECA COMUNALE · TODI

in dicto Consilio fuit ordinatum, ~~ille~~ exequi faciat et mandet. Et si dictus dominus Capitaneus
~~super hoc~~ negligens fuit in predictis vel aliquo predictorum, pena librarum ... ipso
facto se noverit incursurum.

52v

+

i(n) flumine Tyberis

f De ponte faciendo, in guado Collis, versus Castrum vetus — Rubrica — xvi.

xlvi Item statuimus quod ad petitionem cuiuslibet fiat quedam pons in loco qui dicitur Guadus Collis, ubi est via qua itur ad castrum vetus expensis adiacentium usque in quantitatem quinquaginta librarum.

f De fossis Fracte Inzagnate manutenendis — Rubrica xvii.

xlvii Item statuimus quod forma seu fossatum Fracte Inzagnate, quod vel quod extendit versus Tiberim, manuteneatur et conservetur per homines castri Fracte Inzagnate. Et quod potestas et capitaneus civitatis Tuderti, et quilibet eorum, qui de hoc fuerit requisitus, predicta fieri facere teneantur, sub pena quinquaginta librarum denariorum cortonensium pro quolibet eorum contrafaciente.

Capitolii

f De Cisternis et conductis earum — Rubrica — xviii.

xlviii Item statuimus quod potestas civitatis Tuderti teneatur primo mense sui regiminis, sub pena librarum centum cortonensium, facere videri et preservari Cisternas Capitolii et earum conductus, et omnia opera et laboreria ad eas vel eos pertinentia, et si aliqua refectione vel reformatione indigeret, eam reficere, reaptari et reformari faciat. Et si aque pluviales de pluribus aliis tectis quam immicti consueverunt, erunt in eas immictende, eas in ipsas Cisternas immicti et mictendi faciat. Teneatur etiam facere Canellos de plumbo in conductu per quem dicta aqua fluat de dictis Cisternis in fonte existentem ~~in fonte existente~~ in platea communis Tuderti. Et predicta omnia fieri faciat ac manutenendi et conservari expensis dicti communis.

Item nulla persona debeat intrare in locum Capitolii ubi sunt Cisterne vel dicti communis ~~Tuderti~~, nisi per hostium ipsius loci, sub pena decem librarum cortonensium pro quolibet contrafaciente, et qualibet vice. Et si aliquod damnum illatum fuerit in dictis Cisternis, talis qui contra dictam formam in locum predictum intraverit, teneatur et reputetur potestate et factore ipsius capituli, ac si

tale dampnum ibidem intulisset, et dicta pena debeat condemp
nari. perinde ac si legitime constaret ipsum tale dampnum
intulisse, et nichilominus tale dampnum emendare in
tegraliter teneatur. Et ad fidem faciendam de hui
usmodi intitorum sufficiat unus testis. Et quod nullus
possit lavare sibi manus in ipso fonte, sive supra
ipsum fontem, vel aliquam turpitudinem in dicto fonte,
sive iuxta eum facere, sub pena decem librarum cortonensium. Item
quod nulla persona possit deferre ad dictum fontem, sive ad
cisternas platee communis Tuderti aliquod vas pro aqua
maioris capacitatis trium pitictorum, sub pena
solidorum quinque cortonensium pro qualibet vice. et nichilominus tale vas
frangi debeat. Et quod de dictis cisternis
Capitolii, platee, et fontis non possit extrahi aqua, a festo
omnium sanctorum omnium sanctorum mane, usque ad kalendas Junii — dicte cisterne clause et firmate
proxime subsequentes. Sed per dictum tempus teneantur te
clause. A kalendis vero Junii mane usque ad dictum festum
omnium sanctorum dicte Cisterne que sunt in platea teneantur
aperte, ita quod per dictum tempus quilibet de ipsa aqua
libere dumtaxat modo non quod — inde possit habere iuxta formam predictam. Et
si aliqua persona devastaverit seu lesit conductos dictarum
cisternarum, Capitolii, platee et fontis, vel alicuius
earum, sive aquam de dictis conductibus ad alia loca di
vel dunt fecerit — vertetit, ita quod per ipsos conductus libere fluere non
possit, puniatur in vigintiquinque libris cortonensium. Et te
neatur dominus potestas proponere in consilio generali quod sit faciendum
de aquis mittendis in ipsis cisternis Capitolii, pla
tee et fontis, et de omnibus aliis que in predictis sunt — vel tota ea
oportuna. ac et de suprastitibus dictarum cisternarum et
fontis, et pro quanto tempore, et cum quanto salario eligi de
beant. Et quod cuilibet liceat denuntiare et accusare que
libet contrafacientem in predictis vel aliquo predictorum, et habeat me
dietatem dictarum penarum, que dicta de causa vel aliqua
exceptis denuntiatoribus vel accusatoribus — earum in Camera dicti communis pervenerit. Et eius
nomen in credentia teneatur.

ARCHIVIO · BIBLIOTECA COMUNALE · TODI

f De sex Cisternis in civitate faciendis - R(ubric)a - lxviii.

lxviii Item statuimus quod fiat et fieri debeat expensis comunis Tuder(ti) sex Cisterne in civitate Tuder(ti) in illis videlicet locis in quibus ordinatum fuerit per Consilium generale. Et teneatur potestas primo mense sui regiminis in dicto consilio specialem propositam facere de predictis, ac et unde habeatur pecunia pro ipsis Cisternis faciendis.

f De actatione fontis Scarnabicchi et etiam cisternarum - R(ubric)a - Lxv.

L Item statuimus quod potestas civitatis Tuderti teneatur suo tempore actari facere fontem Scarnabicchi expensis comunis Tuderti. Et teneatur facere removeri omnes chiocanas et sciacquaiala que prestaret impedimentum ipsi fonti. Et quod nullus subtrahat aquam de ipso fonte, faciendo eam divertere ad alia loca, ita quod ad dictum fontem libere more solito ~~libere~~ fluere non possit Et qui fecerit ~~puniatur~~ condempnetur in viginti quinque libris cortonensium. Et teneatur et facere actari Cisternam stantem sub nostris scalarum palatiorum ~~dicti~~ comunis Et cisternas stantes subtus seu iuxta palatium novum, et iuxta domum filiorum Francisci, et in ipsis faciat mitti aquam que fluit per plateam tempore pluvie. Et ipsam aquam de ipsis cisternis per conductum facere mitti in dictum fontem, ita tamen quod dicta aqua intret prius in cisternas stantes sub dictis nostris. Et nullus possit nec debeat in ipso fonte vel iuxta ipsum fontem lavare pannos, pelles, vel alias res immundas, sive aliquam turpitudinem facere. Nec extrahere aquam de dicto fonte, sub pena quadraginta soldorum cortonensium. Item quod Camerarius camerarii dicti comunis habeat curam de dicto fonte, et faciat actari guaççatorium. Et scrutari faciat quolibet mense ipsum fontem et guaççatorium, ad hoc ut si aliqua refectione indigerent, reficiat et refor mari, sub pena decem librarum cortonensium. Et quod eligatur unus de vicinis dicti fontis, qui denuntiet dicto domino potestati omnes et singulos facientes contra. Et habeat

Scarnabicchi- ipsius fontis.

p suo salario quadraginta soldos quolibet anno. ¶ Et
q dictus potestas saltem semel tempore sui regiminis de predictis
inquirere teneatur, et repertos culpabiles in penis predictis
debeat condepnare. ¶ Et q cuilibet liceat tales deli
quentes eidem potestati denuntiare et accusare, et habeat
medietatem dictarum penarum q dictis de communi vel aliqua ex sua denumptione vel accusatione
[illegible] in camera dicti communis pervenerint. et ei nomen
in credentia teneatur.

f De fontibus fiendis iuxta portam Vallis, et in aliis
locis iuxta civitatem. — Rubrica — lxxvii.

4 Item statuimus, q domini Priores populi Tuder. quandocumque
de hoc fuerint requisiti, fieri facere teneantur
iuxta portam Vallis in via publica qua itur ad monasterium
mar. in eo loco, et eo modo, in quo eis magis meliori et put
usu fuerit expedire, unum bonum et sufficientem
fontem, expensis communis Tuder. pro tertia parte. Et expensis
adiacentium ipsi fonti, tam de civitate, q de comitatu
Tuder. pro aliis duabus partibus. ¶ Item q dicti domini
Priores teneantur et debeant fieri facere fontes suffi
cientes ubicumque commode fieri poterit, prope civitatem
Tuder. in viis publicis per duas balistatas. expensis
dicti communis pro tertia parte, et expensis adiacentium ipsis fontibus
tam de civitate, q de comitatu predictis pro reliquis duabus
partibus. dummodo ipsi adiacentes per dictos dominos Priores
debeant declarari.

f De actatione fontis sancti Rogerii. — Rubrica — lxxviii.

24 Item statuimus, q potestas civitatis Tuder. teneatur
primo mense sui regiminis facere actari fontem sancti
Rogerii. expensis adiacentium, videlicet expensis hominum
de Plagiis. de Plano sancti Georgii. de parrochiis
sancti Nicolai, et sancti Stefani, et sancti Silvestri, et sancte [illegible].
¶ Et q eligant duo Continentes q ipsum fontem

ARCHIVIO · BIBLIOTECA COMUNALE · TODI

manutenei faciat et aptari quotiens expediens fuerit.
Et si dicta potestas predicta non observaverit in libr.
quinquaginta. corton. puniatur.

F

De aptatione fontis stagni — Rubrica — lxiii.

Lxiii

Item statuimus quod fons stagni aptetur et mundetur.
Et quod arbores que pretendunt et pendent supra ipsum
fontem/ eleventur et mondentur ad petitionem cuiuslibet Et quod
pontes et vie per quam et per quas itur ad dictum fontem
aptentur et reficiantur expensis adiacentium Et ad hec
dominus potestas per consilium generale eligant duos superstites
cum salario/ quo placuerit ipsi consilio. quod salarium solva
tur eisdem per ipsos adiacentes. Et potestas vero po
testas civitatis Tuderti. qui pro tempore fuerit. fieri facere teneatur
de mense septembris et octubris. sub vinculo iuramenti et ad
penam librarum. quinquaginta. corton.

[margin: Cortonen.]
[margin: et pro eo tempore quo ...]

F

De viis mactonandis et chiocanis fiendis et de certis viis reformandis
et de multis aliis ad predicta maxime pertinentibus — Rubrica. lxiiii.

Lxiiii

Item statuimus quod potestas et Capitaneus civitatis Tuderti. et iudex ... teneantur
et quilibet eorum teneantur et debeant sub pena librarum
quinquaginta. corton. ad requisitionem cuiuslibet facere macto
nari omnes vias publicas et vicinales civitatis/ burgorum
et subburgis Tuderti expensis adiacentium Eo modo
expensis eorum. Tuderti. eisdem dent omnes mactones oppor
tunos pro ipso mactonato faciendo/ ad quos emendos de pecunia
dicti communis et quod tradendos ad eorum requisitionem/ Camerarius
Camere dicti communis teneatur/ sine aliquo alio stantiamento
propterea faciendo. Et etiam teneantur dicti potestas
et Capitaneus in ipsis viis Chiocanas necessarias fieri
facere/ expensis ... adiacentium. Et insuper ...
primo mense eorum regiminis facere disformitati expensis
dicti communis via que est iuxta domum filiorum Sambutini et
terram ecclesie sancti Johannis. Et quod via qua itur per casa
lena et exit ad scalellas usque ad fabricas. Et alia via
qua itur ad domum ecclesie sancti Flavii. et ad fontem scarna
bicchi aptentur et dirigantur et amplientur prout expediens

[margin: per quolibet eorum qui faciet]
[margin: Et iudex expensis communis Tuderti ... qui fuerit requisitus.]
[margin: sterni et]
[margin: Et quod mactonate non erunt. Et etiam que mactonate erunt et refectione indi gent, reaptari, reformari et refici facere.]
[margin: Et iudex quilibet eorum ... qui fuerit requisitus. Et quod quilibet gabelle de dictis rectoribus/ sine dicto iudici inobediens fuerit in predictis vel aliquo predictorum/ multam et penam possit ... de facto et ... quantum ... qualibet vice.]
[margin: Et nullus privatus seu aliena persona ... sine licentia aliquis ex constructione talium chioca narum recipere possit. Et si aliqua chiocana predicta devasta ta fuerit/ refici et reaptari debeat expensis dicti communis Tuderti. ad petitionem cuiuslibet. Et hoc si fiat ad potestas rectores et iudices eorum ... denuntiatum fuerit ... x. dies post ipsam denuntiationem sibi factam.]

et duos viros sufficientes/ sine officiales. faciat dictas cloacas et sciacquaialia immicti intra muros et subtus terra expensis
eorum ad quos valet cloace et sciacquaialia pertinent. Ita quod nulla immunditia vel putredo exinde cadens seu fluens
videri vel apparere possit. Vel quod dicta de ea seu odore aliquo nocumentum seu incomodum alicui inferatur. Sed ita
curret/ quod predicta fluat in chiocanas existentes subtus terra. Et teneantur et sic facere/ quod dicte chiocane existentes
subtus via publica que est ex parte murorum dicte civitatis a porta sancti Georgii. que nunc murata et clausa est/ usque ad portam ...
ne. que vocatur porta sancti Augustini. in quas et per quas immictuntur, cadunt et fluunt aliquas immunditie cloacarum et sciacquaialium exi
stentium in muris ... domus/ sive in domibus vel fornellis iuxta ipsos muros existentibus. Claudantur et sub
terra mictantur usque ad capud sive ortos que sunt iuxta ipsam viam, expensis eorum quorum cloace et sciacquaialibus sive fornellis ... immunditie
per dictas chiocanas immictuntur vel fluerent. Preterea volumus quod dicti rectores teneantur

[margin: et quod]

fuerit, expensis adiacentium, arbitrio duorum bonorum virorum
eligendorum per consilium generale dicti comunis. ¶ Et quod dictus potestas
teneatur primo mense sui regiminis, facere eligi in dicto consilio
generali unum ~~superstitem cum salario proprium consilium ordinandum~~
qui propria conscientia curam habeat circa refectiones et
reformationes necessarias omnium viarum mactonatarum que
sunt et sint in dicta civitate, burgis et subburgis tuderti,
et etiam circa non mactonatas, ut eas faciat mactonari,
manuteneri et conservari. ¶ Et quod similem curam gerat
de fontibus dicte civitatis, videlicet de fonte scarnabec
chi, de fonte timoli, et de fonte sancti stephani, aut
quod ... et reaptatio ipsarum viarum et fontium ipsorum ~~...~~
locent et concedant ad cottimum prout ipsi consilio placuerit.

(margin: ut plures superstites prout ipsi consilio videbitur expedire et eo tempore quo cum salario et ut placuit dicto consilio.)

F

De via debita per terram alterius — Rubrica — XC —

Lv Item statuimus, quod si aliquis habuerit iter, actum vel
viam, per plures et diversas partes rei alterius, quod ille per
cuius terram tale ius deberet, possit per unam partem
tantum sue rei, tale iter, sive talem actum vel viam, con
cedere et assignare ipsis quibus dictum ius competit, apta
do ipsam partem, ac aptam manutenendo et conservando
suis sumptibus tantum, quod ipsi tales suo iure libere
et commode uti possint. Dummodo et predicta fiant de
voluntate ipsorum omnium quibus tale ius competit, sive ma
ioris partis eorum, dummodo ~~ipsi~~ in una parte tantum, (consentientes teneant quod)
et per unum locum dicte rei tantum ipsum iter, actum, sive
viam, ~~sibi faciat assignari~~, eo videlicet modo, quo
commodius per utramque partem fieri poterit.

(margin: assignet eisdem.)

(margin: Juxta ... c. ... aliud ... c. ... sub ... xvij.)

F

De non habentibus viam per quam vadat ad rem suam — Rubrica — xvij.

Lvj Item statuimus, quod si quis non haberet viam, per quam commode
ire possit ad terram suam, ~~Capitaneus~~ potestas et Ca
pitaneus civitatis Tuderti, et quilibet eorum, qui inde fuerit
requisitus, teneantur et debeant ad eius requisitionem, facere
sibi vendi ab eius convicino tantum de suo terreno, quod

(margin: judicium extraordinarium ...)

BIBLIOTECA COMUNALE ARCHIVIO TODI

sibi sufficiat ad viam predictam / pro iusto et decenti
pretio / taxando / si ipse partes de eo concordes non
fuerint / per unum vel plures amicum sive amicos com(munes)
ipsarum partium / per ipsas partes si fieri poterit / elige concordit eligendum sive
dos / seu per alterum de dictis rectoribus qui de predictis
fuerit requisitus. Et quod is qui talem viam petierit / iustum
et competens cambium ~~prestet~~ prebeat tali suo vici
no de terra sua si qua habet iuxta eum / ad electionem
talis sui vicini / secundum taxationem et declarationem
unius vel plurium amicorum communium ipsarum partium / eli
gendorum ut supra proxime continetur. Dummodo predicta
locum non habeant in eo qui ad ipsam suam rem hactenus
viam habuisset / et eam alteri quomodocumque alienasset. Ce
terum si quis pretor vel consul dominorum forensium / pro re alteri
~~..~~ accederet / eundo ad talem suam rem / etiam si ad
eam aliunde commode ire non posset / puniatur ea
pena qua quilibet alius extraneus de similibus in
dispensatione [?] ~~trovatu~~ puniendus veniret per formam statutorum ~~com~~ tud.

f De via mutanda — Rubrica — xviii.

Lviii Item statuimus / quod si quando aliqua contentio sive
controversia verteretur vel esset / de mutatione ali
cuius vie / qui alicui per alterum re competeret / ex eo
videlicet / quia talis via nimium incommodum inferret affe
cte ei per cuius terram debetur. / Iudex ex officio
consulatus tud. ad petitionem cuiuslibet partium / predicta exa
minare et decidere teneatur / prout sibi magis
equum fore videbitur / procedendo et diffiniendo super
predictis / breviter / summarie / et de plano / et sine
iudicii strepitu / et figura. Et predicta sine solutione alicuius
~~tue~~ salarii fiant et expediantur.

f De complemento viarum — Rubrica / xxi.

Lvij Item statuimus, quod potestas civitatis Tuder. primo mense
sui regiminis teneatur et debeat proponere in consilio generali communis
Tuder., de aptatione et complemento viarum novarum, hactenus in-
ceptarum. Et in ipso consilio eligi facere, per quem ipsarum viarum unum
bonum et sufficientem superstitem, cum eo salario, et pro eo tempore,
de quo, et prout placuerit ipsi consilio. Qui superstites sollici-
ta cura gerat et gerere debeant, quod tales vie compleantur,
et quod salve et sufficientes manuteneantur et conserventur.
Et quod quicquid circa predicta, per dictum consilium provisum et deli-
beratum fuerit, ipse potestas exequi facere teneatur. Et nihilominus te-
neatur dictus potestas ire, vel mictere aliquem de suis iudicibus
una cum sex bonis viris, qui per dictum consilium eligi debeant,
ad videndum si via nova per quam itur ad portam Martinum,
et via nova per quam itur versus Rigum, sunt bene ample, sicut
ordinate fuerunt. Et si aliqua aptatione indigeant vel
non. Et si invenerit ipsas aliqua refectione indigere, vel
eas esse in aliqua parte superapprehensas, sive occupatas,
faciat ipse potestas eas reficere, ac et quicquid de ipsis super-
apprehensum vel occupatum fuerit, restitui, et in statum
pristinum reduci, atque reponi, sub pena centum librarum cort.

f De via qua itur ad Campum Aquile. — Rubrica — xxi

Lviij Item statuimus, quod via per quam itur versus Tiberim et ripam
que fuit iuxta molendinum Plani Potus usque ad Rigum
Bagnum. Et a molendino de Capoagla olim Moncelli
Petri et sotiorum usque ad molendinum filiorum Droghi,
amplietur per unam perticam, ad mensuram pertice communis Tuder.,
a Ripa Tiberis usque ad vineas, iuxta dictam viam existen-
tes. Et quod dicta via aptetur et amplietur per massarios
Montiscastelli, et fracte domini Episcopi Tuder., et per alios
adiacentes dicte vie, et eorum expensis. Et quod pons
Rigi Bagni aptetur per dictos massarios, et per alios adia-
centes ipsi ponti.

f De aptatione vie Potisartis. — Rubrica, xxij.

Lx Item statuimus, quod potestas civitatis Tuder. teneatur proponere

BIBLIOTECA COMUNALE - ARCHIVIO - TODI

56v

in consilio generali comunis Tuderti, de actatione vie potisentis,
Et quicquid ipsi Consilio placuerit, teneatur executioni mandare.

f De actatione vie ~~[struck]~~ qua it ad sanctum Stefanum — Rubrica — xxiiij.

Lxi Item statuimus, quod potestas comunis Tuderti teneatur
proponere ad Consilium generale de actatione vie qua it
ad sanctum Stefanum per portam vie plane. Et quicquid in ipso
Consilio deliberabitur, per ipsum potestatem executioni mandetur.
Et quod dicta via aptari debeat expensis comunis Tuderti.

f De boys, ponticellis, et formis plani potus manu
tenendis. — Rubrica — xxv.

Lxii Item statuimus, quod potestas comunis Tuderti teneatur propo
nere in consilio generali, qualiter vie et forme nove
de plano portus per homines adiacentes apte et salve
manuteneantur. Et quod inter res olim Massoli Jove
nalis et res olim Marthioli Andree in via que est iuxta
res Canonice Episcopatus Tuderti fiat quidam ponticellus.
in eo videlicet loco ubi consuevit esse antiquitus. Et quod
nullus ponticellus de vie devastetur, sed aqua   quod talis pentet per adiacentes quod
currens sub ipsis ponticellis fluat in Tiberi. Et
arena et calce   quod dicti ponticelli fiant de lapidibus. Et quod quicquid
in predictis necessarium fuerit, fiat expensis ipsorum adiacen-
tium. Et quod dictus potestas exequi [facere] teneatur quicquid super
predictis per dictum consilium fuerit deliberatum.

f De Cantellis obfundandis an quod aliquid opus [fiat] iuxta viam pu-
blicam vel vicinalem. — Rubrica — xxvi.

[vel construere iuxta aliquam]
Lxiii Item statuimus, quod nullus possit fundare ~~[struck]~~ viam pu-
blicam vel vicinalem aliquem murum vel aliquid novum facere, nisi
situ in civitate vel comitatu Tuderti.   primo hoc denuntiaverit et notificaverit potestati
comunis [pro tempore] ~~Tuderti~~ qui potestas, postquam talis denuntiatio sibi
facta fuerit, statim teneatur et debeat mittere ad dictum
locum unum ex Iudicibus vel notariis suis. Et talis Iudex
sive notarius teneatur et debeat adhibere secum, antequam tale

opus fieri inchoetur, quattuor de proximioribus vicinis ipsi loco et cum ipsis videre et deliberare, quod ipsum opus taliter fiat quod ex eo nec comune Tudertinum seu aliorum in ipsa via ius habentium non ledatur vel minuatur. Et quod ipsa via non destruatur vel deterioretur. Contrafaciens vero puniatur in solidis centum cortonensium. Et nichilominus opus taliter factum funditus destruatur. Et quod dictus potestas predicta banniri faciat qualibet die fori civitate predicta.

f De actatione vie sub porta Vallis. Et fontis Pantani. Rubrica. xxvii.

Lxiiij Item teneatur potestas civitatis Tuderti proponere ad consilium generale comunis Tuderti quod via nova que est sub porta Vallis, qua itur ad Tiberim et ad domum olim domini Martini Salomonis, aptetur et refitiatur sic et taliter quod per eam commode cum bestiis et sine bestiis iri possit. Et quod si dicto consilio placuerit, in dicta via fiat unus fons expensis adiacentium, prout de ipsorum processerit voluntate, in que ducantur aqua fontis Pantani et alie aque que in eum commode duci poterunt. Et quod via que est iuxta dictum fontem Pantani aptetur et fiat taliter quod ab ipso fonte recto tramite per eam commode possit iri, usque ad planellum. Et si aliquis aliquid acciperet per actatione ipsius vie de terra ipsius, reddatur sibi ~~de terra~~ cambium de via veteri.

f De viis comitatus Tuderti aptandis expensis adiacentium. Rubrica. xxviii.

Lxv Item statuimus quod potestas civitatis Tuderti et iudex extraordinariorum, et quilibet eorum qui inde fuerit requisitus, teneantur et debeant ad petitionem cuiuscumque persone facere aptari, refici, reformari, disgomborari, ampliari, et siliciari qualibet via comitatus Tuderti expensis adiacentium ipsi vie. Et quod per ipsos adiacentes eligi faciat duos superstites, de quibus ipsi vel maior pars eorum concordes fuerint, qui expensis dictorum adiacentium debeant de congruo salario provideri. Qui superstites circa predicta curam habeant quotiens huiusmodi opportunitas occurrerit. Decernentes et declarantes, in dictis casibus, eos adiacentes esse, et intelligi debere, qui tali via utuntur, seu qui haberent possessiones iuxta tales vias. Et si dicti potestas et iudex predicta fieri et observari non fecerint, ut predicitur, pena decem librarum cortonensium ~~quilibet eorum contrafaciens~~ ipso facto se noverit incursuros.

[Marginal notes: "sicut in"; "siliciata et diligentem"; "et aliis huiusmodi"; "pro quolibet eorum contrafaciente"]

Archivio Biblioteca Comunale Todi (stamp)

57v

f De viis civitatis et comitatus Tudertii terminandis — Rubrica — xxviii.

Lxvii Item statuimus, quod potestas civitatis Tuder. et iudex extraordinarius comitatus Tuder. et quilibet eorum qui inde fuerit requisitus teneantur et debeat ad petitionem cuiuslibet facere terminari omnem viam publicam et vicinalem sitam in civitate vel comitatu Tuder. que diceretur indigere aliqua terminatione. et si quid de ea super appensum invenerit faciat restitui et ad pristinum statum reduci. ad penam decem librarum cortonensium pro quolibet eorum contra facientem. et qualibet vice.

f De purgatione viarum. — Rubrica — xxx.

Lxvii Item statuimus quod quilibet habitans in aliqua domo sita iuxta aliquam viam civitatis Tuder. teneatur habere tragolinum et cum ipso purgare ipsam viam. Contrafaciens vero in solidis quinque cortonensium puniatur. Et quod potestas civitatis Tuderti. teneatur omni die dominico mittere aliquem de suis notariis. cum aliquibus de suis familiaribus. ad perscrutandum et inquirendum de habitantibus et tenentibus aliquid ingomotarmentum sive turpitudinem aliquam ante domum sue habitationis. in aliquibus terris viarum. Et quemlibet quem sibi talis notarius referret fore culpabilem in predictis vel aliquo predictorum in solidis quinque cortonensium pro qualibet vice de facto condempnet. et ad solutionem compellat. Item nullus ludat ad quintanas seu proiciat lapides ad voltas sive spoitas in aliqua via mactonata sita in civitate burgis vel subburgiis Tuder. sub pena decem solidorum. Et quod dictus potestas predicta teneat facere bannum quolibet mense sui regiminis. Item quod quilibet volens aliquod edificium facere vel fieri facere possit habere et tenere in qualibet via ante locum in quo edificium facere sive fieri facere intendit. lapides calcem arenam tignia et omnem aliam materiam ad ipsum edificium oportunam. donec ipsum edificium fuerit consumatum. dummodo in predictis nulla fraus committatur. Item quod quilibet teneatur mundari facere viam existentem ante domum sue habitationis sive apotecham in qua aliquam artem negotiationem sive mercantiam exerceret seu exerceri faceret. sub pena predicta hoc intellecto quod predicta locum habeant in viis mactonatis et que mactonati destructi non erant.

(margin: i. mundare et)

~~Qui aptare debet viam usque viterbium~~

De omnibus viis comitatus Tuderti. aptandis. et specialiter
de viis qui tenent aptare viam qua itur viterbium - Rubrica - lxxx.

lxvij Item statuimus, quod homines castri Aqualoreti. et castri
Fulignani. teneantur et debeant suis expensis aptare
et apta manutenere viam qua itur versus viterbium. pro parte
eos contingente. sive terminatorum de ipsa via factam per commune
Tuderti. Et quod officialis ad huiusmodi officium deputa-
tus possit et debeat homines dictorum castrorum cogere ad ap-
tandum et apta manutenendum dictam viam, pro dicta parte.
Insuper volumus, quod omnes comitates castrorum et villarum
comitatus Tuderti. teneantur ad refectionem et aptationem et equationem
omnium viarum dicti comitatus. videlicet quelibet ipsarum comitatum
pro parte eisdem contingente de ipsis viis. non obstante
aliqua reformatione vel provisione per commune Tuderti. in eorum
favorem hactenus facta, quam per cassis et irritis esse volumus.
iure aliquo non obstante.

De viis existentibus circumcirca civitatem Tuderti ter-
minandis et disgomorandis. - Rubrica - lxxxj.

lxviij Item statuimus, quod potestas civitatis Tuderti. primo mense
sui regiminis, teneatur et debeat facere terminari et
disgomorari omnes vias per quas itur circumcirca
dictam civitatem. et ipsas vias teneri faciat dis-
gomoratas et aptas, et expeditas. Et siquis
contrafecerit. ingomorando, claudendo, vel super apprehen-
dendo. puniatur in viginti quinque libris cortonensium. Si vero
primum potestas fuerit negligens in predictis. in
libris centum. cortonensium puniatur.

De disgomoratione dictarum viarum. - Rubrica lxxxij.

lxix Item statuimus, quod ab angulo domus que olim fuit
Leonardi domine Candide, et ab angulo domus que fuit
olim Thomassini, usque ad ecclesiam Sancti Fortunati.
nullus possit habere discum, per quem ipsam viam ingo- occupet. sive
moret. Et quod a catone platee communis Tuderti.

Biblioteca Comunale … Todi

usque ad dictum angulum ~~dicte~~ domus quondam domini Leonardi, quilibet possit habere discum firmum in ipsa et super ipsa via, ~~extra~~ latitudinis unius medii pedis, ad plus, ad mensuram pedis dicti communis, et ~~qui penderet~~ ultra dictum medium pedem, habere possit alia parte discum, adherentem et coniunctam ipsi disco, latitudinis unius pedis, ad plus, ad dictam mensuram, que pendeat ~~versus terra~~ et inclinata teneat totaliter versus terra, saltem omnibus diebus festivis; aliis autem diebus stet et teneat sicut placuerit illi cuius erit talis dischus. // Salvo iure gabelle dicti communis. ~~Preterea volumus quod a porta Camugi, que vocatur porta Sancti Silvestri, usque ad plateam communis Tuderti, et a trivio Sancti Salvati usque ad portam ~~Sancti Salvati~~ Camucie, non possit proici schiamatura ferri, sub pena viginti solidorum pro quolibet contrafaciente et qualibet vice. Et liceat cuilibet quemlibet contrafacientem in predictis vel aliquo predictorum denuntiare et accusare dicto domino potestati seu iudici extraordinario dicti communis, et habeat medietatem pene que dicta de ea in cameram dicti communis pervenerit, et eius nomen in credentia teneatur.~~

~~Et nullus possit mictere in aliqua de dictis viis~~

Et quod nulla persona audeat ponere discum, sine alicuius ingombrotate aliqua via vel platea communis Tuderti, vel habere supportare aliqua ipsarum viarum aliqua camortamaz, ita quod prestet vel inferat seu prestare vel inferre possit aliquod impedimentum seu incomodum volentibus per ipsam viam transire, eques vel pedes. Et qui contrafecerit in aliquo solvat nomine pene decem solidos cortonenses. Salvo capitulo piccicarolorum. Et nullus possit in aliqua de dictis viis aliquod animal vel aliqua turpitudine facere. Et qui contrafecerit in quadraginta soldis cortonensibus puniatur. ~~Et potestas communis Tuderti teneatur mictere qualibet edomada aliquem de suis notariis cum aliquibus de sua familia ad ingrediendum et delinquentes inveniendum.~~ Et quod nulla persona proiciat vel proici faciat in via contratarum Sancti Salvati et Camucie aliquam turpitudinem sive mortuam alicuius bestie, sub pena viginti solidorum cortonensium pro qualibet vice. // Et quilibet possit quoslibet contrafacientes in dictis casibus vel aliquo eorum denuntiare et accusare domino potestati seu iudici extraordinario dicti communis ~~facientes denuntiare~~, et habeat medietatem banni, que ad communem pervenerit, sine accusatore in camera dicti communis pervenerit. Et

De actatore viae qua itur ad fontem Termoli, et ipsius fontis, et de guastatorio ibi fiendo — Rubrica — XXXVI.

// Insuper dictus potestas qualibet edomada mictere teneatur unum de suis notariis cum aliquibus de suis famulis ad perscrutandum et investigandum de predictis.

Marginal notes:

- (beside line 2) et firmum sive immissum
- (beside "placuit illi…") // Quod qui contrafecerit penam viginti solidorum cortonensium pro qualibet vice ipso facto incurrat.
- (right, beside "Et quod nulla persona") occupare, impedire sive
- (right) decem casuum
- (right) Contrafacientes pro quolibet dictorum vel quolibet eorum facere, sive suppositis personis removere, destruere teneatur.
- (left, beside "nullus possit") in iniquitate
- (left, beside "turpitudine") // Preterea volumus quod a porta Camugi, que vocatur porta Sancti Silvestri, usque ad plateam dicti communis, et a trivio Sancti Salvati usque ad portam Camugie non possit proici schiamatura ferri sub pena viginti solidorum pro quolibet contrafaciente et qualibet vice.
- (right, beside "Et quilibet possit") contrafacientes in dictis casibus vel aliquo eorum denuntiare et accusare domino potestati seu iudici extraordinario dicti communis.

LXXI Item statuimus, quod via qua itur ad fontem Termoli aptetur ita, quod quilibet eques et pedes possit ire per eam. Et quod ipse fons manuteneatur et conservetur. Et iuxta ipsum fontem fiat guaççatorium, et postquam factum fuerit, manuteneatur et conservetur, ita quod bestie in eo comode intrare et guaççari possint. Et quod nulla turpitudo a domo olim filiorum Jacobi domini Raynerii usque ad domum domini Blasii Camagnioli sub muro poni debeat. Et contrafaciens in decem solidos cortonenses vice qualibet puniatur. Et quod custodes dicti fontis deputentur per comune Tuderti duo homines de propinquioribus dicto fonti. Et teneatur potestas civitatis Tuderti facere altiari et elevari murum dicti fontis de lapidibus, calce et arena, ita quod dictus murus sit altus tribus pedibus ad pedem comunis Tuderti. Et teneatur compleri facere quendam murum cum lapidibus, arena et calce, qui est inceptus prope ipsum fontem iuxta domos domini Johannis Hugolini. Et facere explanari terram a muro dicte civitatis usque ad murum novum factum prope ipsum fontem. Nec non teneatur fieri facere super dictum fontem quandam voltam, sicut est super fontem Scarnabecchi. Preterea volumus, quod nulla persona lavet pannos sive pelles, vel aliquam turpitudinem faciat in ipso fonte vel iuxta ipsum fontem, sub pena quadraginta solidorum cortonensium pro qualibet vice. Et quilibet possit denuntiare et accusare quemlibet contrafacientem in predictis vel aliquo predictorum, et habeat medietatem banni, et eius nomen in credentia teneatur.

(quod quilibet denumptiare vel accusare in omnibus dicti comunis preveniat)

f De pena facientis foveam, vel proicientis turpitudinem in viis. Rubrica. xxxv.

LXXV Item statuimus, quod nulla persona possit vel debeat in viis stratis iuxta muros civitatis Tuderti aliquam foveam facere, seu proicere in aliqua parte viarum terram, sub pena quadraginta solidorum cortonensium pro quolibet contrafaciente et qualibet vice.

b f De pena super apprehendentis viam publicam vel vicinalem stratam comunis vel comunis Tuderti, vel aliquid de comuni. Rubrica. xxxvi.

Archivio - Biblioteca Comunale Todi

Lxxxiii Item statuimus, quod siquis supraprehenderit vel occupaverit,
sive supraprehensam vel occupatam tenuerit aliquam viam
publicam vel vicinalem, sitam in civitate vel comitatu Tudertis, sive
aliquam rem imobilem comunis Tudertis, seu aliquam eius partem,
teneatur et debeat sumptibus expensis infra octo dies a die bannime
nti inde facti, et de quo infra proxime subicitur, eam disgombrare
et exoccupare, ipsam quam vacuam et expeditam dimictere, et in
statum pristinum reducere atque restituere cum effectu, sub pe
na dupli extimationis talis rei, aliquo lapsu temporis
non obstante. Et quod potestas civitatis Tudertis teneatur de
predictis omnibus generalem inquisitionem facere quolibet mense sui
regiminis. Et quod quoscumque ~~repertos~~ culpabiles in predictis
vel aliquo predictorum, predicta exequi facere omnibus iuris remediis
opportunis. Nec non etiam omnia predicta per predictam civitatem quolibet
decorum mensium in locis solitis banniri facere ad duas
tubas. Et si dictus potestas in predictis vel aliquo predictorum
negligens fuerit, penam .xxv. ducatorum comuni ipso facto
se noverit incursurum.

f De formis fiendis per laboratores iuxta vias. — Rubrica — xxxiiii.

a Lxxxiiii Item statuimus, quod omnes laboratores terrarum, tam proprietarii quam conductores, existentium iuxta vias publicas, teneantur — sitas in comitatu Tudertis
et debeant fodere et facere formas sufficientes iuxta ipsas
vias, quantum per directum protenderent ipse terre quas colent.
Et ipsas formas mundare et vacuare, quotiens et quoties
expediat. Siquis non eas contrafecerit, penam viginti
soldorum comuni ipso facto incurrat, qui eidem de facto auferri de
beat per dominum potestatem, sive per alium, qui ad huiusmodi — civitatis Tudertis
officium fuerit deputatus.

f Quod iudex extraordinarius faciat claudi et murari ~~formellos~~ existentes ~~[illegible]~~ et iuxta vias ~~[illegible]~~ — Rubrica — xx.

Lxxxv Item statuimus, quod iudex extraordinarius comunis Tudertis teneatur
iuxta facere claudi et murari expensis adiacentium, ad penam
cuiuscumque persone, iuxta vias omnes et singulos formellos

ferros vel quascumque domos, et in quibuscumque locis ~~…~~

tuderti. | in civitate, burgis sive subburgis et in alta, quod nulla inmun- extrinsecus
ditia fluens vel cadens in tales formellos Tuderti possit per
vicinos habitantes in domibus ubi proprie sive per aliqua tra-
sentem per ipsas vias. Et super predictis dominus iudex procedat
breviter, summarie, et de plano, et sine strepitu et figura
iudicij. Et predicta omnia sine solutione alicuius salarij possit
et expediant.

1 f De via super apprehendenda et mutanda per Moniales Monasterij novum
sancti Bartholomei — Rubrica

LXXXVI Item statuimus quod Monialibus Monasterij sancti Bartholomei
de Tuderto liceat pro extensione et ampliatione ipsius Monaste-
rij sua auctoritate apprehendere illam partem vie per quam
directo itur a porta sancte Crucis de valle ad ipsum
monasterium, et ad stratam publicam per qua itur directo
a porta sancti Leucij ad portam Cupe, que est inter dictum
Monasterium, videlicet usque ad dictam stratam publicam,
et in ipsa via, et super ea, dictum Monasterium extendere,
ampliare, construere, et edificare, sine alicuius contradictione.
Quummodo pro terra propria ipsius Monasterij, restituat et reddat
viam comuni Tuderti, eque bonam et utilem, et que sit
amplior uno pede ad minus, ad pedem comunis Tuderti,
pro via predicta, data de ea apprehendenda per eas.

f De pena proicientis turpitudine in vijs, vel alias potius — Rubrica — CXLVI — iij

LXXV Item statuimus quod nulla persona proiciat vel proici faciat aliquam
terram sive fimum, vel aliam rem inmundam, sive putridam,
in via qua itur a porta Vallis usque ad portam Termoli.
et per annum sive inter … sancti Angeli. Contrafaciens
cadat vel in viginti soldis, vice qualibet puniatur. Et
quod nulla persona proiciat aliquam rem inmundam in aliqua via sub
dicta pena. Et quod cuilibet liceat contrafacientem in aliquo
dictorum casuum denuntiare et accusare, et habeat medietatem banni (quod … sive … et camara comunis Tuderti puniatur [?])
et nomen eius teneatur in secreto. Decernentes et declara-
ntes quod siqua persona de aliqua domo proiecerit aliquam rem inmun-
dam in aliqua vel super aliqua via, eo casu, apud familie
talis domus, ~~…~~ teneatur ad dictam penam solvendam, prin-
ac si ipse rem talem suis manibus proiecisset.

Biblioteca Comunale Todi

novum

f — Quod habentes denarios pro viis mactonandis teneant eos in dictum laborerium convertere in certo tempore. Et de pena contrafacientis. Rubrica.

Lxxxiij — Item statuimus, quod quilibet qui olim habuit, seu in futurum habuerit aliquam pecunie quantitatem pro mactonibus seu viis mactonandis, teneatur et debeat ipsam pecuniam convertere in actationem et mactonaturam ipsarum viarum, videlicet ille qui olim habuisset, infra sex menses a die publicationis presentis statuti in antea numerandos. Et qui in posterum habuerit, infra sex menses a die quo ipsos denarios vel de ea receperit proxime subsequentes. Et qui contrafecerit, ipsam pecuniam in duplum restituere teneatur, et ad sic restituendum omnibus iuris remediis compellatur. Et dominus potestas civitatis Tuderti et iudex extraordinarius comunis Tuderti, et quilibet eorum, qui de predictis fuerit requisitus, fieri et observari faciat absque aliqua solutione salarii, sub pena quinquaginta librarum cortonensium pro quolibet eorum contrafaciente et qualibet vice.

Scribatur hic statutum Lxxxiij de modo expendendi denarios mactonum scripto in quaterno certa xxj.

f — Quod per comune fiant quactuor porte. Rubrica. Lxxxiiij.

Lxxxiiij — Item statuimus, quod per comune Tuderti et ipsius expensis fieri debeat quactuor porte, una videlicet in strata per qua itur ad Porteccuttis, iuxta terram Corradi Filippucij et terram monasterii Minoris. Alia in strata Sancti Augustini, iuxta viam per qua itur ad ecclesiam Sancti Gervasii. Alia in strata Rigi iuxta steccatum. Alia non fiat in strata per qua itur ad Pontem Sancti Alberti, iuxta viam Sancti Stefani et Sancti Archangeli. Et fiant dicte porte, et quelibet ipsarum in locis predictis, in eo videlicet loco, in quo convenerit et commodius visum fuerit suprastantibus per consilium generale dicti comunis. Et quod potestas civitatis Tuderti, qui pro tempore fuerit, teneatur predicta exequi facere de mensibus Aprilis et Maii. Ac etiam in dicto consilio proponere primo mense sui regiminis, quomodo et unde habeatur pecunia per ipsum comune pro dictis portis fiendis. Et si in predictis vel aliquo predictorum dictus potestas negligens fuerit, penam librarum quinquaginta ipso facto incurrat.

eligendis

I — presens statutum fuit publicatum omnino per statutum.

f — Quod porta Sancte Katherine aperiatur et claudatur sicut alie porte civitatis Tuderti. Rubrica. Lxxxv.

LXXVIII Item statuimus quod porta que est in burgo porte fracte.
que vocatur porta sancte Katherine. debeat de nocte claudi
et aperiri ac et custodiri expensis comunis Tud. sicut alie porte
Burgorum civitatis Tuderti.

f De actatione supremum Grecoli — Rca — lxxx.

LXXX Item statuimus quod potestas civitatis Tud. qui pro tempore fuerit.
teneatur et debeat expensis comunis Tud. refici et reaptari
facere supremum grecolum situm in civitate predicta. ab angulo
domus domini Jacobi Raynucoli et fratrum usque ad angulum
domus heredum Benedictoli Taduttii. et super eo fieri
faciat similiter expensis dicti comunis unum pectorale decens
et sufficiens constructum de lapidibus. arena et calce. Et quod
ad predictum opus fieri faciendum eligantur duo superstites
prudentes et legales per offitium dominorum Priorum populi Tudert.
quibus superstitibus Camerarius comunis Tud. teneatur et debeat
pro dicto opere faciendo dare et solvere pecuniam pro ipso opere
oportunam de pecunia dicti comunis. sine aliqua alia provisione
deliberatione vel appodissa propterea facienda. non obstante
aliquo capitulo quod in contrarium loqueretur. Et si dictus potestas
sive Camerarius in predictis negligentes fuerint. pena librarum
quinquaginta. ipso facto se noverint incursuros.

f De Cuilibet habenti domum iuxta muros comunis. liceat supra
ipsum murum murare. et de cloacis et stiacquaialibus immic-
tendis intra muros et subtus terram — Rca — lxxxviii.

LXXXI Item statuimus quod si quis habens domum iuxta muros comunis
Tuderti. in extremitatibus civitatis Tuderti. quod ille cuius
est ipsa domus. licite et impune possit quatenus ipsa domus pro-
tenditur super ipsum murum murare sive murari facere prout
de sua processerit voluntate. Et quod habentes cloacas
sive stiacquaialia in ipsis muris. teneantur et debeant
eas et ea. in ipsis muris et subtus terram mictere. ita quod
ex eis nullum nocumentum vel impedimentum sive incomo-
dum aliquod inferatur alicui vie. Contrafaciens vero.
puniatur in quadraginta solidis cortonensium. Et nichilominus predicta
facere teneatur. Et quod potestas dicte civitatis de ~~pre~~
gretis in predicto capitulo saltem semel singulis duobus mensibus

sui regiminis. sub pena librarum quinquaginta. communis ingrato
teneatur. ¶ Et nec omnia dictis potestas et etiam Iudex extra
ordinum dicti communis. et quilibet eorum qui inde fuerit requisitus.
fieri facere teneantur. ad petitionem cuiuscumque persone.
sub pena predicta.

f ¶ Quod nullum brutum animal decorietur vel sanguinetur in
locis inceptis. et de pena contrafacientis. — Rubrica — xxxvi.

Lxxxvi ccc Item statuimus quod nullus Equus, mulus, vel asinus
decorietur in Civitate, burgis, sive subburgis tuderti,
vel prope per medium miliare. ad penam decem solidorum communis pro
quolibet contrafaciente. et qualibet vice. ¶ Et nullus
etiam aliquod de dictis animalibus flobotomet, sive san-
guinet in aliqua via publica vel vicinali civitatis, — sita in
burgis, vel subburgis, Tuderti. ad penam predictam.
¶ Et quod quilibet contrafacientes in predictis vel aliquo
predictorum accusare et denuntiare possit. et teneatur
nomen eius in credentiam, et habeat medietatem dicte
ex sua denuntiatione vel accusatione. — pene, que ~~dicta de causa~~ pervenerit in Cameram communis — Scribatur hic rubrica [illegible] de pena ducentis animal [illegible] scripta [illegible] xxxviii [illegible]
Tuderti.

f ¶ Quod nullus proiciat turpitudinem ante vel prope ho-
spitale seu ecclesiam de castro Tudino. et de pena
contrafacientis. — Rubrica — lxxxvi.

Lxxxvii Item statuimus quod ante hospitale sancte Marie de castro
Tudino, vel ante ecclesiam ipsius, sive intra aliqua possessionem
ipsius sita iuxta vel circa ipsum hospitale, vel ipsam ecclesiam,
seu in aliquo alio loco cuiuscumque sit, sito prope ipsum hospi-
tale, vel ipsam ecclesiam ~~sub pena decem librarum communis pro quolibet~~
contrafaciente. Et nichilominus impune liceat cuilibet
~~in dicto hospitali sive in dicta ecclesia~~, nullus proiciat ali-
turpe — quam immunditiam, sive terram, vel aliquid aliud indecens.
aliqua vel ex — ex quo habitantibus in ipsis hospitali, vel ecclesia, sive in
domibus dicti hospitalis, seu dicte ecclesie, nocumentum,
sub pena librarum x communis pro quolibet contrafaciente et qualibet vice. — impedimentum, vel incomodum aliquod inferretur
vel resultaret. ¶ Et nichilominus impune liceat cui-
libet in dicto hospitali, sive in dicta ecclesia, vel in
dictis domibus habitanti, quicquid in contrarium factum

fuerit, sua propria auctoritate removere atque deicere
ad beneplacitum suum. Et predicta omnia dominus potestas
civitatis Tuder. et iudex extraordinarius comunis Tuderti et quilibet
eorum qui inde fuerit requisitus fieri facere teneantur
ad petitionem cuiuscumque persone. Et quemlibet contrafacientem in
pena predicta condempnare. Et si quis eorum in predictis negligens
fuerit, penam librarum viginti quinque cort. ipso facto incurrat.

f Quod nullus proiciat turpitudinem in platea ~~sancti~~ sancti
Johannis. — Rubrica — lxxxiiii.

Lxxxiiii Item statuimus, quod nullus proiciat in platea dicta sancti Johannis
et nunc comunis Tuder. aliquam immunditiam sive turpi-
tudinem. Et qui contrafecerit, puniatur in decem solid.
cort. ~~Item ut possint pelles vel coria extendi super~~
~~ipsa platea ad dictam penam.~~ Et potestas civitatis
Tuder. teneatur de predictis inquirere quolibet mense.
Et quod quilibet possit contrafacientes accusare et habeat
medietatem banni, et eius nomen teneatur in credentia. (et quod alia denunciatori vel accusatori in cameram dicti comunis perveniat.)
Item quod per consilium generale eligatur unus bonus et
fidelis vir qui de predictis curam habeat atque denuntiare et
referre teneatur domino potestati sive iudici extraordinario
dicti comunis quemlibet contrafacientem, et habeat et habere
debeat medietatem banni, quod dicta de causa in came- (ex sua denunciatione accusatoris.)
ram dicti comunis pervenerit.

f De pena vendentium lapides contra istam formam — Rubrica — lxxxv.

Lxxxv Item statuimus, quod lapides de filo vendantur ad men-
suram pedis comunis Tuder. et non aliter. Et quod mensu-
ra cum qua mensurantur ipsi lapides, sit sigillata
sigillo dicti comunis. Et si quis contrafecerit, penam qua-
draginta solidorum cort. ipso facto incurrat.

f De modo servando per tegularios et mactonarios — Rubrica. novum

Lxxxvi Item statuimus, quod tegularii et mactonarii de
civitate et comitatu Tuder. teneantur facere et coquere
~~macto~~ tegulas, mactones et quattrellos secundum
formas sculptas in pariete palatii veteris comunis

ARCHIVIO · BIBLIOTECA COMUNALE · TODI

Tuderti iuxta portam ipsius palatii. Ita tamen quod sex
faciat et coquat totidem de ciarcioni(bus) grossis
quotidiem de ciarcarellis. Ita quod ipsorum quolibet
habundantem copiam habeat. Contrafaciens non in
decem libr. cort. vice qualibet puniatur. Et quilibet
possit contrafacientem accusare et denuntiare et habeat
medietatem banni. Et potestas et Capitaneus civitatis
Tuderti et quilibet eorum teneantur saltem bis tempore sui regiminis mittere unum de suis notariis ad scrutandum
et perquirendum de predictis. Et ad minus ter tempore sui
regiminis ingredere de predictis, et culpabiles inventos punire, ut dictum est. Si non dictus potestas
sive Capitaneus predicta non servaverit, vice qualibet quilibet eorum contrafaciens in viginti quinque libr. cort. puniatur. Et predicta
et banniri faciat in locis consuetis civitatis Tuderti saltem semel
tempore sui regiminis.

p. exa. domini p. zaccar. et camerarii dei comunis pervenit.

f

De satisdatione prestanda per syndicos et nobiles comitatus.
et pena non satisdantium. et quod baiuli non vadat per
comitatum expensis comunis — Rubrica — Lxxv.

Lxxxvi

Item statuimus, quod omnia castra et ville comitatus Tuderti
habentia seu habitantes sex lares, vel ab inde supra,
teneantur et debeant facere syndicum sufficientem pro
factis et negotiis hominum universitatis talis castri
vel ville, quolibet anno. Et quod potestas civitatis
Tuderti faciat citari ad duas tubas, ad pectorale scalarum palatiorum comunis Tuderti, et in platea ipsius comunis per publicum preconem dicti comunis, singulis annis, primo die sabbati
mensis Januarii, omnes et singulos syndicos, et nobiles castrorum et villarum, et in ipsorum plebatuum spectantium
ad regiones Camucie, Collis, et Vallis, videlicet.

Plebatus sancti Angeli de plebe. Plebs sancte Marie de Roscato.
Plebatus sancte Victorine. Plebatus sancti Gregorii de Viggiani.
Plebatus sancti Gemini de Massa. Plebatus sancte Crucis de Quartellis, et
Plebatus sancti Savini. Plebatus sancte Marie in Galassano.
Plebatus sancti Terentiani.

Et q(uod) Capitaneus d(i)c(t)e civit(atis) simili modo faciat
citari ad duas tubas p(er) publicu(m) p(re)conie d(i)c(t)i co(mmun)is o(mn)es
(et) singulos syndicos (et) nobiles castror(um) (et) villar(um) (et)
sept(em) plebatuu(m) spectantiu(m) ad regiones s(an)c(t)i Siluri
s(an)c(t)e Prasedis (et) Nidoli. et etia(m) a Senatis infra(scriptis) videl(icet).

plebat(us) s(an)c(t)i Laurentij de bubiata. | plebat(us) s(an)c(t)i M(arie) i(n) Monte.
plebat(us) s(an)c(t)e M(arie) vallis mortalle. | A Senatis infra —
plebat(us) s(an)c(t)e Marie de petrolo. | plebat(us) s(an)c(t)i Faustini.
plebat(us) s(an)c(t)i Bartholomei de | plebat(us) s(an)c(t)e M(arie) duor(um) stor(um).
Cenellatia. | pleb(s) s(an)c(t)e M(arie) de Collaccone. (et)
plebatus s(an)c(t)i Fidentij. | pleb(s) s(an)c(t)e M(arie) de vepribus.

Et eosdem in d(i)c(t)o bannimento mandari. q(uod) p(er) totu(m)
ip(su)m mense(m) Ian(uarii) compareat p(er)sonalit(er) cora(m) ip(s)is d(omi)nis po
testate (et) Capitan(e)o vel eor(um) officialib(us) sec(un)d(u)m supra
d(i)c(t)am distinctio(n)e(m). Et q(uod) ab ip(s)is co(m)parentib(us) (et) quolib(et)
eor(um) d(i)c(t)i potest(as) (et) Capit(aneu)s sive ip(s)or(um) officiales re
cipiat p(ro)missorie (et) ydonea(m) cautio(n)e(m) usq(ue) i(n) q(ua)ntitate(m)
q(ui)ngentar(um) lib(rarum). cort(onensium). p(ro) qualibet univ(er)sitate cuilibet ip(s)or(um)
castror(um). Et p(ro) qualibet univ(er)sitate villar(um) usq(ue)
i(n) q(ua)ntitate(m) ducentar(um) lib(rarum). Et p(ro) quolibet nobili usq(ue)
i(n) q(ua)ntitate(m) Centu(m) lib(rarum) cort(onensium). Et de maiori (et) minori
qua(n)titate inspecta possibilitate tal(is) castri vel
ville (et) d(i)c(t)or(um) singularium nobilium. de no(n) recep
tando vel stare p(er)mictendo in ip(s)is castris vel villis
sive domib(us) aut i(n) aliquo alio loco (et) co(n)finia sive
t(er)r(itor)iu(m) tal(is) castri vel ville aliq(ue)m exbanitu(m) vel co(n)depna
tu(m) co(mmun)is tud(erti) p(ro) maleficio. ~~s(ecundu)m forma(m) alicui(us) capl(itu)li~~
~~statutor(um) ordinamentor(um) vel reformat(ionum) d(i)c(t)i co(mmun)is~~
et de observando ~~(et) ad~~ adimplendo o(mn)ia (et) singula [alia] que
(et) p(ro)ut face(re) [observare] (et) adimplere tene(n)tur ex forma alicui(us)
Capl(itu)li stat(utorum) ord(inamentorum) vel reformat(ionum) d(i)c(t)i co(mmun)is. Et q(uod)
eis (et) cuilibet ip(s)or(um) p(re)cipiat q(uod) ita obs(er)vet et
adimpleat. Et (quod) tu(n)c t(em)p(o)r(is) inq(ui)rat (et) investiget ab eisdem

cuilib(et) ip(s)or(um)

ad ip(s)or(um) arbitrium.

sitis i(n) talib(us) castris vel villis.

faciendo

ARCHIVIO - BIBLIOTECA COMUNALE - TODI

63v

~~eta~~ de bonis exbannitorum dicte comitis pro maleficiis. Et generaliter de omnibus aliis de quibus et prout tenentur per formam dictorum statutorum vel ordinamentorum. Et quod alio modo citari vel aggravari non possint dicti de curia, sive occasionibus. Ita tamen, quod si non venerit infra terminum supradictum, tunc possit et debeat per publicos baiulos dicte curie et aliter aggravari sic et taliter, quod omnino compareat, prout ipsis Rectoribus sive ipsorum officialibus visum fuerit expedire. Et et in dicto casu accipiat de facto decem soldos cortonenses a quolibet dictorum syndicorum. Et a quolibet dictorum nobilium quinque soldos, quos ad manus Camerarii camere dicte curie effectualiter faciat devenire. Et quod ipsi nobiles possint ad predicta facienda comparere tam pro se, quam pro eorum legitimis procuratoribus. Et quod sufficiat promissio et satisdatio uni ex eis, pro tota familia. Et quod talis promissio et satisdatio prestita alicui de dictis Rectoribus sive officialibus, ut predicitur, sufficiat et sufficiens esse intelligatur pro quibuscumque cautionibus et satisdationibus quas prestare tenentur quibuscumque de curia, sive quibuscumque aliis officialibus dicte curie. Et tales eorum fideiussores possint per quolibet officialem dicte curie cogi omnibus iuris remediis opportunis. Etiam si coram tali officiali dicta promissio atque satisdatio prestita non fuisset, ad observandum et adimplendum omnia et singula ad que et prout dicti syndici et nobiles pro quibus fideiusserint tenentur, prout ac si coram et ad ipsius integrationem, atque per eum talis promissio et satisdatio facta et recepta fuisset. Et possint recipere in fideiussorem nobilem pro nobili, etiam si de sua familia fuerit, si omnino talis nobilis in fideiussorem dare non possit, sive nollet. Preterea volumus, quod quotiescumque expediens fuerit quod aliquis officialis dicte curie, pro aliquo facto ad suum officium pertinente, voluerit quod aliquis syndicus alicuius castri vel ville dicti comitatus compareat coram eo ~~pro aliquo facto ad eius officium pertinente~~, requiri faciat tales et fideiussores, cives aliquos, et ipsa Civitatis habitantes. Et eis iniungat quod infra certum terminum per ipsum officialem statuendum, coram

Marginal notes (right): robedientium. / tali officiali

Interlinear: robedientium.

Marginal note (left): et debeat quilibet talium Rectorum et eorum officialium in dictis casibus et quilibet eorum.

eo tale syndicum faciat comparere, ad hoc ut per ipsos syndicos
baiulos non mictat. Ceterum si aliquis officialis aliquem baiul(um) — *[margin: q. dedit(?) for(?)]*
per ipsos syndicos vel aliquo eorum misit, talis baiulus nullum
propterea salarium habere debeat a tali syndico. Et si quod accep-
perit, eidem syndico illud restituat duplicatum. Et nic- — *[margin: tal' baiulus]*
chilominus incurrat quolibet dicto comite in quadraginta solidos. Contrafaciendo pu-
niatur. Ita tamen quod hec locum non habeant eo casu in quo contra
tale syndicum procederet occasione alicuius maleficii vel excessus
per viam accusationis, denuntiationis, vel inquisitionis. Ceterum si aliqua
villa vel castrum dicti comitatus habet minorem numerum sex
latinum [?], eo casu vice et loco talis promissionis et cautionis suffi-
ciat intimatum uni homini talis castri vel ville, quem alii
sui comunitatis mictere voluerint coram aliquo de dictis rec-
toribus sive coram eorum officialibus, sive formatore alicuius
syndicatus. Et si aliqua comitatus esset negligens in
predictis, dicti potestas et capitaneus predicta fieri [struck: fieri] nichi-
lominus fieri facere teneantur. Declaramus quod quod supra — *[margin: ⟨ob⟩servari]*
in hoc capitulo dictum sit, quod non tamen scripti sunt in presenti non — *[margin: de dicti satisdatione ad dictis(?) nobilibus prestanda, locum non habent in illis nobilibus]*
habeant(?) statutum per magnatibus et potentibus, seu qui
per forma alicuius (alterius) specialis capituli statutorum vel ordinamentorum dicti
comunis satisfdare tenerentur.

Quod massarii comitatus teneantur contribuere in oneribus — *[margin: I F]*
patrimonialibus sive supraimpositis pecuniariis in loco ubi sunt de-
scripti ad libram, et qualiter ipsa onera distribuantur, et de
aliis ad presentem materiam spectantibus — Rubrica — lxxxvi.

Item statuimus quod quilibet massarius comitatus Tuderti teneatur
conferre et contribuere in omnibus oneribus patrimonialibus sive
pecuniariis supraimpositis, incumbentibus comitatui sive universitati
illius castri vel ville, in quo vel qua, sive in qua cum massa-
rius scriptus esset ad libram, sive per libram, cum hominibus ipsius
castri, vel ville. Non obstante quod ipse habeat bona sua extra
confinia sive tenuta talis castri vel ville, seu quod alibi
sit oriundus, seu etiam quod alibi habitet. Ita quod in predictis — *[margin: cum sua familia]*
sola descriptio libre attenderetur. Et quod pro huiusmodi oneribus
et supraimpositis, talis massarius alibi gravari non possit nec

debeat quoquomodo. Quod et locum habeat in massariis
dicti comitatus habitantibus in civitate, burgis, seu subburgis
Tuder. qui seu quorum patres scripti essent vel fuissent inter
lares et ad lares massariorum comitatensium. videlicet ut teneantur
in huiusmodi oneribus et expensis contribuere et conferre cum hominibus
comitatus sive universitatis illius castri vel ville, in quo seu
in qua ipsi vel eorum patres taliter scripti essent, sive fuissent.
Declarantes quod collatio et distributio dictorum onerum et
expensarum, fiat et fieri debeat inter ipsos, et per ipsos
massarios pro dimidia parte, ad libram, et secundum libram
uniuscuiusque ipsorum. et pro alia dimidia, pro lare, sive pro
latu. Ita tamen quod predicta locum non habeat contra
ad omnes syndicatos. Nec contra ad onera tali comi- (incumbens tali castro vel ville. publice sive pertinens malefitio subeundum seu expediendum)
tati sive universitati incumbentia, ex eo quod non denun-
tiasset maleficia, que et prout tenebatur secundum formam
statutorum dicti comunis. Seu ex eo quod per homines talis castri vel
ville malefactores capti non essent, Aut ex eo quod
in tali castro vel villa ~~malefactores~~ exbanniti receptati fuis-
set. Set huiusmodi onera subire teneatur quilibet
solum in eo loco ubi tunc temporis cum sua familia habitatet. Que
omnia non solum ad futura, set et ad preterita nondum
sopita, ~~set adhuc pendentia~~ trahi volumus. aliquo iure
canonico vel civili. seu aliquo capitulo statutorum vel ordinamentorum dicti
comunis in contrarium loquentibus, non obstantibus quoquomodo.

De salario dando per Comitatenses famulis per eos missis
in servitium comunis. — Rubrica — lxxxvj.

f

Item statuimus quod quotiescumque per Comune Tuder imponetur
aliqua quantitas famulorum aliquibus universitatibus
castrorum et villarum comitatus ~~civitatis~~ Tuder, pro aliqua
custodia, exercitu, vel cavalcata, vel alia occasione, expensis
ipsarum universitatum, quod ipse universitates dare debeant
cuilibet talium famulorum, pro eorum stipendio et salario, pro
quolibet die, tempore messium, et battiture, vel semente.
quinque solidos cortonenses. Aliis vero temporibus, tres solidos cortonenses. (quando vult)
pro quolibet die. Et hoc si tales famuli habeant
stare in ipsa civitate vel eius comitatu. Si vero extra
ipsum comitatum debeant habere pro quolibet eorum, et quolibet

ad dominum potestatem (?)

die quo steterit extra ipsum comitatum, duos sol
dos ultra quod dictum est supra.

nouum

Quod Nobiles et sergentes de comitatu Tuderti con
tribuant cum civibus et non cum massariis in taxatione fruc
tuum — Rubrica

Item statuimus, quod nobiles et sergentes comitatus Tuderti,
taxationes fructuum pro tempore imponendas per commune Tuderti
solvere debeant solum cum civibus Tudertinis. Et sicut
ipsi cives ipsas taxationes solvunt. et non cum massa
riis ipsius comitatus, seu sicut ipsi massarii solvunt taxationes
predictas. Dummodo dicti massarii gravari non possint
ratione dicte solutionis quam dicti nobiles et sergentes
faciunt cum dictis civibus. quinimmo ipsi massarii pro
parte dictis nobilibus et sergentibus contingente, de
taxatione predicta debeant exgravari.

Quod syndici comitatus possint punire dampnum
dantes usque in duos solidos — Rubrica — CCLXVII. iiij

Item statuimus, quod quilibet syndicus alicuius castri
vel ville comitatus Tuderti. possit punire quemlibet
de massariis talis castri vel ville, sive de ipsorum fa
milia, dampnum dantem in aliqua possessione alterius, — quaslibet (?) ...
usque in quantitatem duorum solidorum. corrigere et usque in ipsam
summam et quantitatem cognoscere et emendari facere illi
cui ipsum dampnum datum fuisset. si recipiens tale
dampnum voluerit. Ultra vero quantitatem duorum solidorum super
se nullatenus intromictat nec intromictere possit, sed
remaneat in cognitione et punitione officialium communis
Tuderti. Et similiter de dictis duobus solidis, si re
cipiens ipsum dampnum noluerit. Et quod nichilominus
licitum sit cuilibet de quocumque dampno sibi illato, de
nuntiare et accusare ipsum dampnum dantem, in curia
communis Tuderti. presenti capitulo non obstante.

(margin notes: "[illegible] in iiij dampnis (?) ... capitula dampnorum"; "sita in territorio (?) ... talis castri vel ville cui ipse est sindicus"; "intromictere se non possit alii quam dictis sindicis"; "quod se intromittat")

Quod syndici comitatus possint punire pro inobedientiis et negotiis communitatis usque in duos solidos — Rubrica — CCLXVIII. iiij

ARCHIVIO BIBLIOTECA COMUNALE TODI

Item statuimus quod cuilibet syndico alicuius castri vel
ville comitatus Tuderti liceat imponere penas mas-
sariis ipsorum locorum et inobedientibus in factis et nego-
tiis eis iniunctis pro comuni Tudertinorum in quantitate duorum
solidorum cortonensium, et ipsam penam ab eis exigere. Et quod sit li-
citum ipsis syndicis pro factis eorum communantiarum cuili-
bet eis in predictis non obtemperanti claudere portas ipsorum
cuilibet et penas inobedientibus (?) locorum et ipsas clausas tenere eisdem donec in pre-
dictis eis obtemperaverit cum effectu.

f De modo servando per deferentes ligna ad vendendum. LXXVIII capitulum. novum

LXXXVIII Item statuimus quod quilibet deferens ligna ad civitatem
Tudertinam causa vendendi teneatur et debeat ipsa li-
gna seu stellas lignorum deferre, que sint ad minus
longitudinis unius pedis cum dimidio, ad pedem comunis
Tuderti. Et quelibet salma sit ad minus de tribus
fasciis sive fastellis ligatis separatim, quorum unus
deferatur super sella seu basto bestie ipsa ligna de-
ferentis, per traversum. Contrafaciens non in quo-
libet dictorum casuum puniatur de facto in quinque solidis
pro qualibet salma et qualibet vice. Et pote-
mensibus primi regim(inis) (?) stas et capitaneus civitatis Tudertine predicta banniri fa-
ciant singulis kalendis in locis consuetis per civitatem
predictam et eius burgos, et ea omnia faciat integraliter
observari. Et quod cuilibet liceat contrafacientes
accusare et denuntiare, et habeat medietatem banni
quod pervenerit in cameram dicti comunis ex sua denuntia-
tione vel accusatione, et stetur iuramento talis denuntiatoris sive ac-
cusatoris cum uno teste de visu. Hoc intel-
lecto quod predicta locum non habeant in cippitellis, capitis,
fraschis, palis, sarmentis et tacchiis lignorum.

f De certis mensuris tenendis per comune Tudertinum. LXXXIX.

LXXXX Item statuimus quod per comune Tuderti habeantur ista
vasa que sint iuste mensure. Cordellae, quartignus,
medius quartignus et quarta de ferro. Item pi-
tictas, terzarola et foglecta de ramine et medius
pitictus.

f

De pena vendentium et mesurantium cum mesuris
non iustis vel ~~et~~ contra infrascriptam formam – Rubrica – CLXXXXVIII.

LXXXI Item statuimus, quod omnes vendentes granum, bladum,
legumen, vel aliquid aliud, ad quartingum, medium
quartingum, quartam, vel ad aliam mesuram; et pannum
lane, lini, vel aliquid aliud ad brachium, vel ad aliam
mesuram; sive oleum, vinum, et hiis similia, ad sal-
mam, ozegnum, petictum, medium petictum, et [illegible],
fogliectam, vel ad aliam mesuram; sive carnes,
aromata, vel aliquid aliud quod venderetur ad pon-
dus, debeat ipsas res et hiis similia vendere cum
iustis mesuris et ponderibus adiustatis et adequa-
tis cum mesuris et ponderibus comunis Tuderti, et sigilla-
tis sigillo dicti comunis. Et qui contrafecerit puni-
atur pro qualibet vice in quinque solidis cortonensium et eadem
de facto auferri debeat. Et ~~qui~~ nichilominus talem
mesuram sive tale pondus contra dictam formam inven-
ta frangantur et destruantur, ita quod de cetero
non possit cum eis ponderari vel mesurari. Et
quod nullus in civitate vel comitatu Tuderti debeat emere, vendere,
vel alio modo alienare, seu mesura aliqua uti, nisi
ad quartingum, qui est centum peticorum, ad peticam
et mesuram dicti comunis ~~Tuderti~~, et secundum morem et consuetu-
dinem civitatis Tuderti. Et siquis uteretur me-
sura [illegible], stadii, coppe, mine, vel alia me-
sura, quam dicta mesura dicti comunis ~~Tuderti~~ in solidis
centum cortonensium vice qualibet puniatur. Et quod
syndici castrorum et villarum comitatus predicti ~~Tuderti~~ contra-
facientes teneantur denuntiare, prout tenentur de-
nuntiare alia maleficia. Et quod potestas et capita-
neus ~~civitatis Tuderti predicta banniri facere teneantur saltem
semel tempore ipsorum regiminis per civitatem Tuderti in locis
solitis in die sabbati.~~ Item quod omnes et singuli
vendentes calcem ~~debeant~~ habere et tenere quartin-
gos sigillatos sigillo dicti comunis ~~Tuderti~~ amplos intrinsecus
ex superiori ac inferiori parte, uno pede, ad pedem dicti
comunis ~~Tuderti~~ ad minus, et cum ipsis mensurare et vendere

Biblioteca Comunale Todi – Archivio

dictam calce ad culmum. et non cum alio quartengo vel me
sura, seu alio. ¶ Et qui contrafecerit in retinendo, vel ven
dendo, solvat nomine pene pro quolibet et qualibet vice centum
solidos cortonenses. ¶ Et quilibet de cetero castrum, cuilibet
sit licitum accusare et denuntiare contrafacientes, et credatur
accusatori vel denuntiatori cum uno teste, et habeat media
tatem banni. ¶ Et quod potestas et capitaneus civitatis
Tuder. predicta banniri facere teneantur, saltem semel tempore
ipsorum regiminis, per civitatem Tuder. in locis solitis in die sabbati.

× quod medietas dominum vel accusatori et camera dicti communis perveniat.

De sumptibus factis in bestijs alienis in accomandiam sive
sub pignore vel in tenuta concessis ~~debitori vel civi~~
Tuder. et de aliis ad dictam materiam pertinentibus — Rubrica XXV — 23

f

Possit camerarius camere communis Tuder. pro quolibet equo
sibi recomendato per civem Tuder. pro tenuta vel pignore,
recipere et exigere pro annona et expensis talis equi et pro
qualibet die, decem et octo denarios. ¶ Et pro asina, sex denarios.
pro porco vel bove, quactuor denarios. ¶ Et pro qualibet grege
seu macta bestiarum caprinarum vel pecudinarum, duode
cim denarios. ¶ Et tantundem possit habere ille cuius tales
bestie pignorate essent, sive date fuerint in tenutis,
per aliquem civem Tuder. ¶ Et si debitor cuius que alique
de talibus bestijs taliter concessa esset, eam non recollegerit
infra octo dies a die talis pignorationis, sive concessionis
tenute in ea computandos, eo casu liceat ei cui tales
bestie taliter concesse fuerint, ipsis bestijs uti commode et
decenter. dummodo per ea die qua talis creditor sic
aliquas eorum usus fuerit, debeat sibi comodum talis
usus, in expensis talis bestie compensare. ¶ Preterea, vo
lumus, quod si aliqua de talibus bestijs apud eum cui taliter recomendata / pignorata vel
concessa fuerit, absque ipsius dolo vel culpa perierit, vel de
terioraretur, sive magagnaretur, tale periculum sive de
terioramentum spectet ad debitorem. et non ad dam
pnum talis creditoris, seu dicti camerarii vel aliorum, apud quem taliter perisset, seu dete
riorata esset.

Videant cum statutarijs

Statuit de pena [illegible] de iusta sua manu —

LXXXXI f

De pena piscantium, et sive linum vel canapem maceran
tium, seu navicella mictentium in lacu communis Tuderti sito in
plebatu sancti Faustini, vel inde aquam derivantium. — Rubrica —

Item statuimus, quod nulla persona audeat vel presumat pi
scari, vel piscari facere, seu aliquo modo vel ingenio
pisces aliquos capere, vel capi facere in lacu comunis Tuderti.
sito in plebatu sancti Faustini comitatus Tuderti. sine expressa
licentia dominorum priorum populi Tudertini, qui pro tempore fuerint.
Nullus etiam audeat vel presumat mictere seu micti
facere in dicto lacu ad macerandum linum vel canape
aliquo tempore. Si quis non contrafecerit in aliquo predictorum
casuum, puniatur vice qualibet in viginti quinque libr. cort.
Et nichilominus liceat cuilibet ipsum linum et canape quod
invenerit in dicto lacu impune accipere et inde expor
tare, et in sua utilitate convertere. Item nulla perso
na quoquomodo acceptet per se vel alium trahere sive diverti
facere ad alium locum aquam dicti lacus predicti, sine expressa
licentia dictorum dominorum priorum. Et qui contrafecerit puniatur
in quinquaginta libr. cort. pro qualibet vice. Et quod nul
lus possit ~~mictere~~ vel debeat in dicto lacu mictere vel
tenere aliquo colore quesito aliqua navicella vel sa
dolum sine expressa licentia dictorum dominorum priorum, sub
pena quinquaginta libr. cort. pro quolibet contrafaciente
et qualibet vice. Nullus quoque aliquam offensio
nem vel iniuriam faciat vel inferat, seu fieri vel in
ferri faciat verbis vel facto contra aliquem qui piscaret
vel piscari vellet in lacu predicto. ~~in lacu predicto~~ de man
dato dictorum dominorum priorum. Et qui contrafecerit, puniatur
in duplo pene quam alias per formam statutorum dicti comunis impone qualiter
retur de simili offensione sive iniuria. Teneantur insuper
etiam dicti domini priores singulis sex mensibus eligere ad
minus duos custodes secretos, quos viderint expedire,
qui teneantur et debeant vinculo iuramenti, et ad penam
viginti quinque libr. cort. pro quolibet eorum, denuntiare
omnes et singulos qui contrafacerent in predictis vel aliquo aliquo
predictorum. Et nichilominus liceat cuilibet denunti
are et accusare contrafacientes in predictis vel aliquo pre
dictorum. Et quod quilibet de dictis custodibus et alius
quilibet habeat quartam partem totius pene que ex eius
denuntiatione vel accusatione pervenerit in cameram dicti comunis.

Biblioteca Comunale Archivio Todi

¶ Teneant etiã potas et Capitℓ civitℓ Tudℓ. et
qlibet eorℓ predicta oĩa exeq et obsuari facẽ ¶ et ea
oĩa p civitatẽ et burgos Tudℓ. in locis csuetis binis
tubis banniri facere ad minℓ semel quolibet mense
sui regiĩ / ¶ Et mictẽ saltẽ semel quolibet mẽse /
unũ ex suis nũbtibℓ fotyg / ad dcm lacũ / et loca circu
stantia et vicina ipi lacui / ad ingrediendũ et investiga
dum de ctrafacietibℓ i predcis / vℓ aliquo predcorℓ.
et quelibet quẽ invenerit in predcis culpabile / in
penis predcis puniãt et cdepnent. ¶ Itẽ q singlis
annis qn vendunt gabelle dci cois. banniat. q
cunq vult ad coptinũ dcm lacũ / debeat offerre
p quãto ptio velit ipm ad coptinũ. Et plus of
ferẽti locet cũ pactis et cdictoibℓ / et eo modo et
forã / sic videbit ipis dnis priorbℓ tũc in ipo prio
ratus officio residentibℓ.

F De pena ~~mieglantis~~ retinentis linũ vℓ ~~canapam~~ nõ ad gf... civit Rca - CXL. iiij

LXXXXIII Item statuim / q nulla psona retineat Canapam seu
linũ i civitate Tudℓ / burgis / vℓ subburgis ĩ artud
no maglatu. ¶ Contrafaciẽs i quadraginta solidis
cotℓ. vice qualibet puniat. ¶ Et q potas teneat
pdca facẽ banniri saltẽ semel tpre sui regiminis.
¶ Et siqs post dcm bannimetũ / invẽt fecit reti
nere ct dcam formã / tale linũ vℓ canapam.
in Centũ solidis. cotℓ. puniatur.

F De pena Piççicaiolorℓ ementiũ die sabbati an
nona - Rca - CXLI. iiij

LXXXXIIII Item statuim / q nullus Piççicaiolus vℓ treccolus emat
vℓ emi faciat aliq die sabbati. in civitate Tudℓ / vℓ pp
ipam civitatẽ / p teru cilihatia. / vℓ extra. / an hora none.
pullos. / caseũ / ova / vℓ aliqd genus avium. ¶ Et q ctrafe
cerit. / i quadraginta. solidis. cotℓ. vice qualibet puniat.
¶ Et qlibet possit tale ctrafacietẽ accusare et denũ
tiare. / et credat suo sacramẽto cũ uno teste / et hãt
medietatẽ banni. quod ex sua denũtℓ. vℓ accusatoẽ in
camera ~~dci~~ cois Tudi pvenerit. ¶ Et q potas et Capℓ

civitatis predicte, quolibet dictorum dierum de predictis ingredi teneatur. Et quolibet ipsorum dierum mictere unum de suis notariis, cum aliquibus de suis familiaribus, ad perscrutandum de predictis. Et quod in predictis contra huiusmodi personas stetur relationi talis notarii et duorum de ipsis familiaribus, et ipsa relatio pro probatione legittima in dictis casibus habeatur.

De prohibitis pellipariis, et de immunditia non facienda in platea, et locis aliis. — Rubrica — CXLIII.

Lxxxx Item statuimus, quod nullus pelliparius presumat aliqua bulsa pellium facere vel fieri facere in aliqua apotecha vel loco iuxta plateam maiorem comunis Tuderti, sive iuxta plateam que est in dicto comuni, que vocatur platea Sancti Iohannis. Nec in aliqua de ipsis plateis, vel super scalis palatiorum dicti comunis, seu episcopatus Tuderti, extendere vel extendi facere sive tenere aliquas pelles extractas de bulsa ad siccandum. Nec stutere sive bactere vel ungere aliquas pelles in aliquo de dictis locis, cum assungnia. Et si quis contrafecerit in aliquo dictorum casuum, in solidis quadraginta, vice qualibet puniatur. Et quod potestas et capitaneus dicte civitatis, et quilibet eorum, predicta omnia observari facere teneatur. Nec non eam saltem semel tempore ipsorum regiminis publice banniri facere teneantur per civitatem predictam.

In qua parte platee vendantur olera. Et de pena contrafacientium. ~~vendentium alibi~~ — Rubrica — CXLIIII.

Lxxxxi Item statuimus, quod quilibet volens vendere minutatim olera sive poma in platea comunis Tuderti, stare debeat ad vendendum in ea parte ipsius platee, de qua [per] potestatem et capitaneum provideritur et deliberatum fuerit simul cum duobus de consulibus mercatorum pannorum civitatis Tuderti, cum duobus de consulibus mercatorum pannorum novorum de lana, de civitate predicta. Ita tamen quod nullus stet ad vendendum predicta iuxta cisternas ipsius platee. Contrafaciens vero in quinque solidis cortonensium vice qualibet puniatur. Et quod predicti pizicaioli sive treccoli mundent et purgent ipsam plateam quolibet die sabbati, maxime a kalendis maii usque ad kalendas octubris, post vesperas, ad penam viginti solidorum cortonensium pro quolibet vice.

BIBLIOTECA COMUNALE TODI

F De pena treccolarum filantium in platea — Rca — Cxlv —

Lxxxxvii Item statuimus, quod nulla mulier stet ad filandum in platea
comunis Tuderti, vel treccha teneat ad cristata, nec aliquid
simile ministerium exceat vel operetur iuxta oleta sive po
ma vel res alias quas ad vendendum tenet. Nec in ibi secum
i(d est) puella infante teneat aliquem puerum ~~parvulum vel~~ puellam parvulam, ad hoc
ut ibi nullam immunditiam vel turpitudinem faciat. Con
trafaciens vero in quinque solidis comunis vice qualibet puniatur.
Et quod quelibet panicocula vendens panem ad minutum
debeat apud se habere continue unum baculum, quem exibere
debeat cuilibet volenti emere de ipso pane, ut cum eo
tangat ipsum panem quem emere voluerit. Contrafaciens
vero in solidis quinque comunis vice qualibet puniatur. Et
quod quilibet possit tales contrafacientes denuntiare et accusare,
et habeat medietatem banni quod ex sua denuntiatione vel accusatione
in camera dicti comunis pervenerit. Et quod potestas
civitatis Tuderti predicta saltem semel quolibet mense sui
regiminis banniri facere teneatur.

F Quod cuilibet liceat in die sabbati habere discum in platea
— Rca — C.xlvi —

Lxxxxviii Item statuimus, quod quilibet ~~de civitate Tud.~~ possit licite
et impune habere et tenere discum, et alia necessaria, in
platea comunis Tud. in die sabbati tantum. Exceptis vendi
toribus pomorum, oleorum et piscium, qui possint habere discos
omni die in dicta platea pro vendendo ipsa oleta, poma, et
pisces. Contrafaciens vero in solidis quinque comunis vice qualibet
puniatur. Et quilibet qui habet apothecam circa dictam pla
team, possit habere ante quamlibet ipsam apothecam, discum
amplum tribus pedibus ad plus, ad pedem comunis Tuderti.
Et qui ultra dictam mensuram habuerit vel tenuerit, in decem
solidis comunis vice qualibet puniatur. Et nichilominus tale
discum ad dictam mensuram reducere teneatur.

F De molendinariis et carriatoribus — Rca — Clv.

4 Item statuimus, quod potestas civitatis Tud. teneatur facere
i. et carriatores iurare et promictere omnes molendinarios, et eorum famu
los, de observando et adimplendo omnia et singula ista.

videlicet quod non accipiet pro multura grani uel bladi, quod
ipsi illud ad molendinum defferret cum eorum bestiis. / quidem
simul et cum eorum bestiis farina referret domino talis grani
uel bladi, ultra quam vigesima quarta parte ipsius grani, uel
bladi. Et quando aliquis illud cum sua bestia ad ipsum molendi
num portasset, et deinde et cum sua bestia farina reportaret.
ultra trigesima parte talis grani uel bladi, aut duos

si fuit unus corbis uel si minus fuit pro ut tanget ad rationem proportionem

solidos pro quolibet corbe, ad electionem eius cuius erit tale
granum, uel bladum. Ceterum si aliquis molendinarius

// sive carriatore

uel eius familiaris, ultra dictam summam acceperit aut non
restitueret farina in ea mensura sive bonitate sicut de
buisset. possit ille cuius tale granum uel bladum fuisset, sua
auctoritate accipere asinum uel mulum talis molendinarii, sive car
riatoris, et ipsum tamdiu apud se retinere, donec eidem
de tali suo dapno integraliter fuerit satisfactum. Et nic
chominus, si inde querela exposita fuerit per illum cuius int
sit, talis contrafaciens in solidis viginti cortonensium Tuderti.
et ad integram talis dapni emendationem, tale dapnum passo
per potestatem dicte civitatis debeat condempnari. Decernen
tes et declarantes, quod ad fidem faciendam de tali dapno, in
quolibet dictorum casuum, sufficiat iuramentum ipsius dapnum
passi, uel alicuius de sua familia, etatis viginti
annorum ad minus, quod in hoc casu pro probatione legitima habeatur.
Nisi ipsi domino potestati ex aliqua probabili ratione contrarium
uideretur. Teneantur et iurare et promictere coram dicto
domino potestate, granum ipsum uel bladum, postquam ipsum receperit
et caricauerit, non deponere sive scaricare nisi apud
molendinum suum, et cum farina reducerent, non depone
re, nec scaricare eam, nisi apud domum illius cuius erit. In

// sive carriatore

super, nullus molendinarius uel eius famulus, qui consuetus sit
defferre granum uel bladum ad molendum, deferet
nec recipiet alicui suum granum uel bladum molere sive
macinare, sub pena predicta. De quo etiam, si de hoc querela
exposita fuerit coram dicto domino potestate, stari volumus
iuramento ipsius conquerentis. Dummodo eidem domino potestati
contrarium visum non fuerit, ut supra proxime continetur. Pre
terea volumus, quod dicti molendinarii, seu eorum famuli, uel
alii consueti facere huiusmodi ministerium, exercere possint habere
aliquem consulem, sive syndicum, uel procuratorem. Et si quis tale

ARCHIVIO COMUNALE TODI BIBLIOTECA

officium acceptaverit in libris dicti cort. puniatur.

¶ Teneat quoque dictus dominus potestas, saltem semel tempore sui regiminis proponere in consilio generali, de pesa bladi facienda et habenda per ipsum Comune.

f Quod molendinarii habeant coppitellos cum quibus accipiant multuram. Et pena contrafacientis — Rubrica — lxxx. iiij

Q; Item statuimus, quod in quolibet molendino comitatus Tuderti coppitelli ferrei debeant haberi et teneri palam ligati cum catena de ferro, et sigillati sigillo plumbeo et pendenti comunis Tuderti. Qui coppitellus sit capacitatis vigesimequarte partis unius quartenghi rasati et non ultra. ¶ Et sit et esse debeat eius forme et amplitudinis, sicut est coppitellus ferreus qui est apud cameram dicti comunis. ¶ Et quod molendinarii multuram ad aliam mensuram non accipiant nec accipi faciant seu permittant. ¶ Contrafaciens vero in centum solidis cort. vice qualibet puniatur. ¶ Et quod quilibet possit quemlibet contrafacientem denuntiare et accusare, et habeat medietatem banni, quod ex eius denuntiatione vel accusatione in cameram dicti comunis pervenerit. ¶ Et quod notarii et berruarii domini potestatis et capitanei civitatis Tuderti possint et debeant perscrutari et cimari pro predictis, et habeant de inventis per eos contra dictam formam quartam partem banni, quod ex eorum inventione et relatione in cameram dicti comunis pervenerit. Et in hoc casu ~~corum~~ relatio unius dictorum notariorum seu duorum dictorum berruariorum pro plena et legitima probatione habeatur. ¶ Et quod dicti molendinarii usque quo habeant tales coppitellos mensure et forme predicte, ac et sint dictam formam sigillatos et ligatos, cogi non possint vel debeant eos ultra facere sigillari, nec dicta de causa quoquomodo gravari.

f De modo vendendi panem, et servando pro panifaculis — Rubrica — lxxxi.

Lxxxxviij Item statuimus, quod vendentes seu tenentes panem ad

vendendum in civitate, burgis vel subburgis Tuders. teneat
et debeat panem vendere sub infrascripta forma, videlicet, quod
quando quartingus grani cortonensis venderetur in civitate Tuders.
quindecim solidis vel ab inde supra usque in quantitatem viginti
solidorum, panem vendentes et facientes ad vendendum, tene-
antur et debeant facere et vendere panem, cuius quilibet sit
ponderis decem unciarum, ad minus, pro duobus denariis cortonensibus.
et panem quactuor denariorum quod sit viginti unciarum ad minus.
¶ Et quando quartingus grani cortonensis in dicta civitate
venderetur a viginti solidis supra usque ad viginti quinque, teneant
et debeant predicte persone facere et vendere panem, quorum quilibet
sit octo unciarum, ad minus, pro duobus denariis cortonensibus. Et pa-
nem quactuor denariorum quod sit sedecim unciarum ad minus. ¶ Et
quando quartingus grani in dicta civitate cortonensis venderetur
a viginti quinque solidis supra usque in quantitatem triginta solidorum,
tunc teneantur et debeant predicte persone facere et vendere panem
quod sit septem unciarum ad minus pro duobus denariis cortonensibus. Et
panem quactuor denariorum quod sit quactuordecim unciarum ad minus.
¶ Et quando quartingus grani cortonensis venderetur in dicta ci-
vitate, a triginta solidis supra usque in quantitatem triginta quinque solidorum,
tunc teneantur et debeant predicte persone facere et vendere panem
quod sit sex unciarum, ad minus, pro duobus denariis cortonensibus. Et pa-
nem quactuor denariorum quod sit duodecim unciarum ad minus.
¶ Et si quartingus grani venderetur cortonensis in dicta civitate
a triginta quinque solidis supra, teneantur et debeant dicte persone
facere et vendere panem eius ponderis sicut pro rata capitur
pro rata partis quod plus venderetur ultra triginta quinque solidorum
cortonensium ad rationem predictam. ¶ Et quod facere debeant
tales persone panem bene coctum et fermentatum, et bene stagionatum et stubbiatum
~~stagionatum~~, Et ipsum vendere et tradere cuilibet volenti
pro pretio supra scripto secundum distinctionem predictam. ¶ Et ad
sic faciendum et vendendum cogi possint et debeant per
notarium et officiales dominorum potestatis et capitanei civitatis
predicte. ¶ Contrafacientes autem in predictis vel aliquo predictorum,
ipso facto perdat et perdere debeat ipsum panem.

De pena vendentium vinum ad minutum contra infrascriptam
formam — Rubrica — cxlviij

Biblioteca Comunale · Archivio · Todi

70v

Cii Item statuim(us), q(uod) q(ui)cu(m)q(ue) i(n) civitate vel com(itatu) Tud(erti)
voluerit vende(re) vinu(m) ad minutu(m), libe(re) possit illud
vende(re), dummodo hab(e)at (et) h(abe)re debeat i(n) eo loco in q(uo) tale
vinu(m) vendet, i(n)fr(ascri)ptas mensuras, videl(icet), pitictum,
medium pitictu(m), foglecta, tertarola, media foglecta,
(et) aliquod vas, quod sit capax uni(us) numate, sive derrate
ip(s)i(us) vini, q(uo)d vendet, habito respectu ad pretiu(m) q(uo) ip(su)m
vinu(m) venderet. Que mensure sint (et) e(ss)e debeat sigil-
late sigillo solito co(mun)is Tud(erti) ad hui(us)mo(d)i deputato. Et alit(er)
vendi no(n) possit. Et q(uod) nulla p(er)s(on)a vendat vinu(m) aliq(uo)d
cuiuscu(m)q(ue) g(e)n(er)is, ultra p(re)tium ordinatu(m) (et) taxatu(m) p(er) dom(inos)
cet. Teneat quoq(ue) potas d(i)c(t)e civit(atis) quolib(et) mense
sui regiminis p(ro)pone(re) in (con)silio g(e)n(er)ali d(i)c(t)i co(mun)is, p(ro) quanto
p(re)tio ad plus, possit vendi pitictus vini in d(i)c(t)is civit(ate)
vel comit(atu). Ac (et) teneat face(re) mensurari omnes mensuras
vendentiu(m) vinu(m) ad minutu(m), et illas q(ue) i(n)vente fue-
rint e(ss)e iuste, face(re) sigillari sigillo plubeo d(i)c(t)i co(mun)is
ad huiusmodi deputato. Et q(uod) p(er) venditore(m) vini
co(n)tinue teneat(ur) apposita ex parte anteriori vegetis ipsius vini
patent(er), appodixa in qua scr(i)ptu(m) sit p(re)tiu(m) pitícti ipsius
vini. Nec non teneat(ur) d(i)c(t)us d(omi)n(u)s potas qualibet
die sui regi(minis), mictere aliquē de suis notar(iis), cu(m) aliq(ui)b(us)
de suis famil(iaribus) ad p(er)scrutandu(m) (et) p(er)quirend(um) de p(re)dictis,
et rep(er)tos culpabiles, (con)debitis penis punire. Et si
aliq(ui)s (contra) p(re)d(i)c(t)a vel aliquod p(re)dictor(um) faciet, no(n) e(ss)et
suppositus intus d(i)c(t)o (con)troll... d(i)c(t)i co(mun)is, puniat(ur) in d(i)c(t)a pena
ille cui(us) est dom(us) in qua tale vinu(m) venderetur. Et
q(uod) q(ui)libet vendens vinu(m), possit etia(m) alia vasa magna tene(re) p(ro) aqua.
sine aliqua pena, dummodo no(n) vendat cu(m) eis. Volu-
mus insup(er) q(uod) q(ui)libet vinu(m) vendens trade(re) debeat me(n)-
suram plenam. Contrafaciens no(n), (et) aliq(ui)s d(i)c(t)or(um) casuu(m),
i(n) solidis viginti cort(onensium) vice qualibet. ~~Et de p(re)dictis quolib(et)~~
~~(et) q(ui) (contra)fecerit~~ puniat(ur). Preterea, nullus venditor
vini possit recip(er)e ab aliq(u)o aliquod ataquetu(m). Contra
faciens no(n) i(n) lib(ris) decem cort(onensium) vice qualib(et) puniat(ur).

no(n) suppositus ip(su)m

F De fornariis — R(ubric)a — Cliii — iiii

Ciii Ite(m) statuim(us), q(uod) potas civitatis Tud(erti) teneatur

primo mense sui regiminis recipere promissionem et cautionem ydoneas ab
omnibus et singulis fornariis civitatis, burgorum, et subburgorum
Tuderti de pane bene coquendo, et de non accipiendo pro eo coc-
tura ultra quatuor solidos et sex denarios cortonenses pro qualibet cor-
be. Et si aliquis panis ~~seu aliqui panes~~ perderetur sive perditi dicantur
~~perderentur~~, teneatur quilibet fornarius dicte civitatis vel comi-
tatus ipsum ~~ipsos~~ integre taliter emendare. De quo stari
debeat iuramento domini talis panis, vel alterius de sua
familia. Preterea nullus fornarius calefaciat furnum
cum ossibus, sine carneis olivarum sub pena decem solidorum pro
qualibet vice. Liceat quoque cuilibet ad suam volunta-
tem calefacere furnum alienum cum suis lignis, et eo casu
fornarius non possit ei accipere nisi unum panem pro furno suo
pro qualibet fornata. Teneatur etiam quilibet forna-
rius ad cuiuslibet requisitionem ei panem coquere. Contrafa-
ciens vero in solidis viginti cortonenses vice qualibet puniatur,
de quo stetur iuramento cuiuslibet conquerentis. Item quod
nullus fornarius vendat aliquem panem ultra duos denarios
ad penam quinque solidorum cortonenses pro qualibet pane. Et quod
quilibet possit de predictis fornariis contrafacientes denunti-
are et accusare, et habeat medietatem banni, quod ex eius
denuntiatione vel accusatione in camera dicti comunis Tuderti pervenerit.
Insuper teneantur domini priores populi Tuderti eligere
duos homines pro qualibet regione, qui denuntient fornarios
contrafacientes in predictis, vel aliquo predictorum. Si vero is cuius
fuerit panis, noluerit dare fornario panem pro coctura
det unum panem pro ~~quolibet~~ singulis triginta panibus. Et si
aliquis fornarius ultra peteret vel reciperet, in viginti
solidis cortonenses vice qualibet puniatur. Item teneantur iu-
rare omnes fornarii, et omnes de eorum familia, a quat-
tuordecim annis supra observare omnia et singula suprascripta.
Item non cogatur aliquis fornarius de comitatu Tuderti
ad solvendum aliquid pro luminaria in festo Sancti Fortunati,
pro consules fornariorum, nisi esset talis fornarius, qui continue
furnum calefaceret pro pane coquendo ad pretium.
Et quod nullus fornarius de comitatu Tuderti teneat fur-
num, et panem coquat pro se vel alium in civitate Tuderti.

cum furnum predicti fuissent seu perditi dicantur

maiores xv annis

Biblioteca Comunale Todi

71v

sive in eis burgis, vel subburgis. possit gravari seu mole
stari ab aliqua universitate, seu sindico vel massario alicuius
castri vel ville comitatus Tuderti. ad conferendum sive ad contribu
endum cum eis in expensis factis vel que fient in futurum, per
eos vel aliquem eorum, occasione aliquorum famulorum per eos transmis
sorum seu transmittendorum ad aliquem exercitum, seu ad alium
locum mandato dicti comunis. nec etiam ad alia onera personalia su
beunda, in aliquo castro vel villa dicti comitatus. etiam si in
aliquo ipsorum castrorum vel villarum, ipsi seu eorum antecessores sepulti
essent inter lares ipsius castri. vel ville. Verumtamen, quod
ipsi fornarii, dum ipsum ministerium per se vel alios exer
cuerint et administraverint in civitate ~~Tuderti~~, sive
burgis, vel subburgis ~~ipsius~~ [Tud.], in ipsa civitate et cum civibus
ipsius civitatis ~~Tudertine~~, personalia onera subire teneantur,
non obstantibus aliquibus capitulis statutorum seu ordinamentorum dicti comunis. que
in contrarium loquerentur.

f De pena coquendi Cresciae — Rubrica — Clij. iiij

Ciiij Item statuimus, quod nullus fornarius coquat aliquam
cresciam, quindecim diebus ante festum omnium sanctorum, et
quindecim diebus, post dictum festum, ad penam viginti
solidorum. cortonensium. pro qualibet vice. Et quilibet possit que
libet contrafacientem denuntiare et accusare. et habeat medi
etatem banni. quod exigetur a denuntiato vel accusato, et alia in Came
ra comunis Tuderti. pervenerit. Et quod potestas civitatis Tuderti.
teneatur predictum bannum facere quindecim diebus ante dictum festum.
sub pena. vigintiquinque. librarum. cortonensium.

f De Macellariis. — Rubrica — Cxxxviij.

Cv Item statuimus, quod nullus vendat vel vendi faciat car
nes morticinas intra portas burgorum civitatis Tuderti.
Nec intra ipsas portas deferat vel deferri faciat
aliquod animal morticinum. Et qui contrafecerit. in Centum
solidis. cortonensium. puniatur. Possint tamen impune vendi et de
ferri tales carnes, extra portas ipsorum burgorum. Item
nullus macellarius insuflet carnes aliquas alicuius bestie.
Nec ponat ad arnionem pinguedinem alterius bestie, sed
de ipsa pinguedine eiusdem bestie, possit apponere in quacumque parte ipsius bestie, ponere voluerit,

Et qui contrafecerit in viginti soldis cort. vice qualibet puniatur.
Item nullus macellarius vendat unam carnem pro alia, seu
unam speciem carnium pro alia specie. Et quod nullum deci-
piat in vendendo. ad penam vigintiquinque librarum cort. Item
teneatur quilibet macellarius vendere carnes ad pondus.
videlicet a decem libris infra inclusive cum bilancijs, et a
decem libris supra cum statera. Et quod semper vendat
et tradat eas ad iustum pondus. Contrafaciens
vero in soldis quadraginta vice qualibet puniatur.
Nec in pondere cum ipsis carnibus capita vel pedes seu crura alicuius bestie a
~~usque ad~~ genu, seu aliqua interiora alicuius bestie. sub
pena viginti solidorum cort. Item siquis macellarius habebit
stateram vel bilanciam falsam, vel non sigillatam debito sigillo
communis Tuderti, puniatur in vigintiquinque libris cort. qualibet vice.
Si non portaverit ipsam sigillatam, reperta ~~non~~ fuerit iusti et non
ponderis, in quadraginta soldis cort. vice qualibet pu-
niatur. Et super predictis fiat et ponantur custodes
secreti prout fuerit ordinatum per consilium generale dicti communis.
Et quod carnes boum, vaccarum, castratorum, et porcorum,
vendantur in macello communis Tuderti, et in aliis locis consuetis, seorsum et separatim, saltem
~~separatim a~~ carnes pecudine, caprine, hircine, per spatium decem brachiorum, vel
montonine, et scrofine. Et quod eligantur et eligi de- ad minus ad brachium communis
beant per ipsum consilium suprastites de quibus et prout pla- ~~Tuderti~~ a loco in quo vendent
cuerit ipsi consilio, et cum illo salario quod eis ordinatum
fuerit per ipsum consilium, quibus debeant per ipsos macellarios
ostendi omnes bestie per eos macellande, antequam incidant.
ad penam centum soldorum cort. pro quolibet eorum contrafa-
ciente, et qualibet vice. ~~Et nullus ad dictam~~
~~penam possit super eadem banca tenere diversas carnes,~~
~~videlicet carnes scrofinas, pecudinas, caprinas, hircinas,~~
~~vel montoninas, aut alias carnes vetitas, simul et~~
~~in eadem banca, cum carnibus porcinis, castratinis, bovinis,~~
~~vaccinis, vel vitellinis.~~ Carnes vero edine et agnine,
dummodo morticine non sint, vendi possint ubique. Item
quod quolibet mense in die kalendarum. et octo diebus ante nati-
vitatem domini nostri Ihesu Christi. et octo ante pascha resurrectionis
eiusdem. proponatur in dicto consilio per dominum potestatem dicte
civitatis si quid placeat ipsi consilio providere super venditione

ARCHIVIO COMUNALE TODI

72v

carnium. ¶ Et quod cuilibet liceat quemlibet contrafacientem denuntiare et accusare, et habeat medietatem pene que ex eius denuntiatione vel accusatione in cameram dicti comunis pervenerit. ¶ Et quod dictus dominus potestas saltem bis quolibet mense ad minus teneatur inquirere de predictis. Et quolibet predictorum. ¶ Et repertos culpabiles in dictis penis punire. ¶ Et si dictus dominus potestas in predictis negligens fuerit pena ... ipso facto puniatur.

F De pena ~~civis~~ ementis pisces a forense causa revendendi, et tabernariorum vendentium pisces crudos — Rubrica — CXLVII iiii

aliquos pisces Obs Item statuimus quod nullus emat in civitate vel comitatu Tuderti causa revendendi eos crudos. ¶ Et quod nullus civis vel comitatensis Tuderti associet aliquem forensem ad vendendum aliquos pisces in civitate vel comitatu predictis. ¶ Et qui contrafecerit in centum solidis communis qualibet vice puniatur. ¶ Et quilibet possit contrafacientem denuntiare et accusare, et habeat medietatem banni quod ex eius denuntiatione vel accusatione in camera comunis Tuderti pervenerit. ¶ Item quod nullus tabernarius sive hospitator vendat pisces alicuius fluminis comitatus Tuderti crudos ad eandem penam. ¶ Et quod potestas civitatis Tuderti teneatur et debeat de predictis inquirere quolibet mense sui regiminis, et repertos culpabiles in dictis penis condempnare. Et etiam teneatur mittere unum de suis notariis cum aliquibus de suis familiaribus ad inquirendum et perscrutandum de contrafacientibus in predictis, quorum relatio in predictis pro plena et legitima probatione habeatur. ¶ Item teneatur dictus potestas quindecim diebus ante introitum quadragesime apponere in consilio generali dicti comunis de modo servando in venditione piscium.

F Quod liceat cuilibet venire ad vendendum pisces. et de modo servando tempore quadragesime. et de piscione ocacchi — Rubrica — CXLVIII iiii

Obs Item statuimus quod quilibet per totum tempus quadragesime maioris et omnibus diebus ieiunii possit apportare et vendere pisces in civitate Tuderti. Et in dicta civitate et eius comitatu in veniendo, stando, et discedendo sit et

et debeat securus et salvus, in persona et rebus. Non obstantibus
aliquibus represaliis alicui persone concessis, quas pro totis
dictis temporibus suspendimus, et pro suspensis, et nulli roboris
et effectus, et decrevimus et declaramus quo ad — in dicto casu
personas predictas. ¶ Et quod nullus deferens pisces
ad vendendum possit vel debeat per se vel alium scarti
care vel scarticari facere, vel deponere aliquam salmam vel
cistam piscium, nisi in macello generali communis Tudertii.
Et ibi ipsos pisces vendere debeat ad minutum. ¶ Con
trafaciens vero in quadraginta solidis cortonensium vice qualibet
puniatur. ¶ Item quod forenses volentes in dicto macello
vendere pisces, stent et stare debeant ad vendendum
ipsos pisces, divisim et separatim a civibus et comitatensi
bus Tudertinis in eodem macello. Similiter pisces ven
dentibus sive vendere volentibus, sub pena quadraginta
solidorum cortonensium pro quolibet eorum contrafaciente et qualibet vice.
¶ Et quod dicti forenses possint et debeant suos pisces
vendere super discis dicti macelli, qui sunt versus
stabula existentia sub voltis palatii veteris dicti
communis, separatim tamen a dictis civibus et comitatensibus Tudertinis.
ut dictum est. ¶ Et quod macellarii non possint
neque debeant ipsos piscarolos molestare in dictis
diebus et temporibus, sub dicta pena. ¶ Et quod nullus
piscarolus habere vel tenere possit aliquem discum seu
aliquod ingomoramentum inter discos piscarolorum
civium sive comitatensium Tudertinorum, et discos piscaro
lorum forensium. ¶ Dummodo ipsi piscaroli inter
omnes solvant et solvere teneantur communi Tudertii pro pensio
ne et nomine pensionis dicti macelli, quolibet anno,
vigintiquinque libras cortonensium, que vigintiquinque libre
inter ipsos piscarolos distribui debeant prout decens
fuerit. ¶ Et quod milites sotii tam potestatis quam ca
pitanei dicte civitatis, ad petitionem cuiuslibet dictorum pi — teneantur et debeant
scarolorum, et maioris illorum, et cuiuslibet eorum, qui ad dictas
vigintiquinque libras colligendas, per ipsos piscarolos fuerint
deputati, cogere omnibus remediis oportunis quemlibet ipsorum
piscarolorum, ad solvendum ipsis collectoribus et exactoribus
partem sibi contingentem de pensione predicta. ¶ Et si aliquis

ARCHIVIO-BIBLIOTECA COMUNALE-TODI

dictorum minimum sotiorum negligens fuerit in predictis vel aliquo predictorum, pena lib. decem cort. incurrat vice qualibet ipso facto. que de salario Rectoris cum quo talis miles sotius fuerit tempore sui syndicatus debeat retineri pro camera communis dicti com. Decernentes et declarantes, quod licitum sit cuilibet volenti vendere tondina sive pisces salatos vel siccos, ea et eos impune vendere ubicumque voluerit, presenti cap° non obstante. Et quod dni potestas et capitaneus saltem semel in qualibet ebdomada quadragesime maioris, inquisitionem teneantur de omnibus predictis, et repertos culpabiles in predictis vel aliquo predictorum, de facto in dictis penis punire. Preterea volumus, quod quilibet possit contrafacientes quelibet, dicto dno potestati seu capitaneo, denuntiare et accusare, et habeat medietatem dictarum penarum, que ex sua denuntiatione vel accusatione in camera dicti com. pervenerit.

De pena ducentis animal egrotum ad fontem. R(ubri)ca. CL. iiij

Item statuimus, quod quicumque habet aliquod animal egrotum, ~~de quo dubitaret, ne alie bestie egrotarent,~~ illud non ducat nec duci faciat ad aliquem fontem civitatis vel comitatus Tuderti. Contrafaciens non in viginti solidos cort. vice qualibet puniatur. Et quod postquam tale animal mortuum fuerit, teneatur ille cuius est, facere ipsum portari extra dictam civitatem, a longe ad minus per medium miliare, ad penam predictam.

(margin: si suspicandum esset ne alie bestie in potatores possent de ea egrotare.)

(margin: sic egrotum)

De pena mictentis papirum de alio quam de bambace, seu aliquid conficientis de cera non pura. R(ubri)ca. CLXI. iiij

Clxj Item statuimus, quod nulla persona debeat mictere aliquod papirum in aliquo laboreritio quod facere vel fieri facere, quam de bambace. Et qui contrafecerit, puniatur pro qualibet vice in quinque solidis cort. Et nulla persona possit vel debeat aliquod laborerium cere facere vel fieri facere nisi de cera pura. Et qui fraudem commiserit, puniatur in viginti quinque lbr. cort.

(margin: sigs in predictis)

De pena accipientis aliquid pro passatu fluminis, vel ultra consuetudinem, et de modo tenendi naves in flumine. R(ubri)ca. CLXII. iiij

Cxviij Item statuimus, quod per homines plebatus sancti Bartholomei
de Tenellaria, fiat et fieri debeat una catena de
ferro, fixa in una colupna de querceu, cum ferramine
pro navi manutenenda ad portum Tiberis, qui dici
tur portus filiorum Çachei. Quam quidem catenam,
colupnam, navimque, et portum, homines et univer
sitas ville plani sancti Martini, dicti plebatus, teneantur
et debeant die noctuque sollicite et diligenter, ad
passum dicte navis custodire, per duos ex eis ad [vel facere]
minus, qui ibi stent continue die noctuque, prout tene
tur alii homines et massarii comitatus Tuderti ad pas
sus custodiendos, ad penam contentam in ordinamentis
loquentibus de custodia passuum. Ita quod dicta navis,
catena, et colupna non possint ab aliquo subripi,
vel devastari. Et quod homines et syndicus ville sancti
Bartholomei de Tenellaria, non teneantur nec cogi
possint per aliquem officialem comunis Tuderti ad custodiam
faciendam ad aliquem passum, preterquam ad passum navis
predicte. Et si dicta catena vel navis ibidem
devastaretur, sive subriperetur, quod homines et univer
sitas dicte ville plani sancti Martini, teneantur et ob
ligati sint ad refectionem et emendationem dictarum
catene, navis, et colupne, eorum propriis expensis, aliquo
in contrarium non obstante. Item teneatur potestas
civitatis Tuderti, facere teneri unam bonam navim in Tiberi,
in dicto loco qui dicitur portus filiorum Çachei, in qua
et super qua possint transire cives et comitatenses Tuderti,
cum eorum rebus. Quam navim in dicto portu, teneantur
facere, omnes homines dicti plebatus sancti Bartholomei de
Tenellaria, et omnes alii adiacentes ipsi portui,
qui consueti sunt conferre et contribuere ad ipsam navim
faciendam et reficiendam. Et etiam teneantur dicti
homines habere nautas et conducentes ipsam navim, et
ipsam salvam tenere et conservare ad usum et ministerium
predictum. Et quod pro comuni Tuderti, quolibet anno
quo per ipsum comune predictis personis imponetur aliqua
data, dari et solvi debeat eis in subsidium dictarum

et manutenere

et sublevatorum

ARCHIVIO · BIBLIOTECA · COMUNALE · TODI

expensis de denarijs tal. datis, decem libre. cort. ad plus. debeat esse tal. quod

Que quidem navis sit sufficiens pro transitu trium vel qua
admin. tuor equorum pro qualibet vice. Et si quis dictis nautis
~~non~~ contradicat transitum ubicumque eis placuerit facere pu
niatur in decem libris cort. Et ipsis nautis liceat navi
gare hinc inde per tiberim, et portum facere, et explanare,
ut eis placuerit et videbitur, sine contradictione alicuius
~~cuiusque~~ persone. Et si quis ipsam navim dolose solue
rit, vel in aliquo leserit vel devastaverit, vice qua
libet in centum. solidis. cort. puniatur. Et nichilomi
nus dapnum ipsum emendet. Et nullus in ip-
sam navim mictat lapides, nisi essent super bestiam, ad
dictam pariam. De quibus omnibus teneantur dicti domini
potestas a dictis hominibus dicte plebatus, et ab alijs qui
sunt soliti conferre ad dictam navim, ut dictum est, re
cipere ydoneos fideiussores de predictis omnibus observandis
et adimplendis. Liceat quoque cuilibet suis
expensis facere sandolum et tenere in dicto portu filiorum
Cachei. Et possit accipere a qualibet persona forense, pro ipso
transitu unum denarium. et pro qualibet bestia grossa alicuius quando ultra
forensis similiter unum denarium. pro qualibet vice. Ita
quod illi qui tenent seu tenere voluerint naves in portu Ku
pinate et Cortichi. possint recipere et sibi satisfiat
a qualibet forense, et ~~de eorum bestijs~~ pro ipsorum et suarum bestiarum
transitu secundum modum consuetum. Ita tamen, quod non accipiant pro transitu
alicuius hominis, ultra unum denarium. et pro transitu alicuius bestie
grosse. ultra duos denarios. Contrafaciens in viginti.
solidis. cort. de facto puniatur vice qualibet, de quo
stetur iuramento cuiuslibet conquerentis. Civibus autem
sive comitatensibus vel incolis Tudertinis, pro transitu
ipsorum, vel eorum bestiarum, nichil pro aliquo auferri possit
vel debeat quoquomodo. Contrafaciens, in viginti,
solidis. cort. de facto, vice qualibet puniatur. Et
quod quilibet volens tenere navim in predicto portu Cortichi,
possit eam ibi habere et tenere suis sumptibus, ab utraque par
te fluminis tiberis. Et quod possit aptare portum
et passum sine contradictione alicuius, et ipsam navim ibi h

grate et ligata teneat. Ita tamen quod tales habentes ibi ipsam | ducere et transferre super ipsam navim
navim teneant sine aliquo salario omnes cives, comita-
tenses et incolas Tudertinos et eorum res. et omnes alios
agentes pro dicto Communi pedagium accipi non debet. seu
cum quibus ipsum Commune est in societate, confederatione, vel liga,
et etiam res eorum. Sandolum autem in dicto portu | quibus civis vel comitatensis Tudertinus
habere possit sine dicto onere. dummodo ipsum sandolum
non possit appodiare ad terram alterius sine sua voluntate.
Et si contrafecerit in viginti solidis cortonensium vice qualibet
puniatur.

f De electione et officio quattuor popularium qui sint conser-
vatores et recuperatores iurium Communis. Rubrica. CLXXXXVII. iiii

Observ. i. iudic. Item statuimus quod domini Priores populi Tudertini teneantur
et debeant nominare et eligere quattuor bonos, legales,
et sufficientes homines populares qui sint et vocentur
Custodes et conservatores iurium Communis Tudertini, pro eo tempore,
et cum eo salario, de quibus et prout ipsis dominis Prioribus
videbitur convenire. Qui quattuor homines sic electi, iurent coram
eisdem dominis Prioribus, eorum officium fideliter, diligenter,
et sollicite operari et exercere. Qui etiam teneantur et debeant
facere inventarium de omnibus bonis, communantiis, iuribus et
iurisdictionibus dicti Communis, et de iustitiis quibuscumque ad
dictum Commune pertinentibus. que iusta in libris dicti Communis
expresse scribi et registrari facere teneantur. Ipsaque bo-
na, iura, iustitia, communantias et iurisdictiones dicti
Communis, retinere, conservare, defendere et recuperare pro posse.
et circa predicta, omnia facere que fuerint oportuna. et prout
processerit de voluntate dictorum dominorum Priorum. Et de-
inde quicquid invenerint de predictis, saltem semel
tempore sui officii in consilio populi Tudertini teneantur referre.

f Quod nullus Arnulforum laboret vel pasculet intra
confines iurisdictionis Communis Tudertini, et pena contrafaci-
entium. Rubrica. CLXXXXVIII. iiii

Cx Item statuimus quod nulla persona de castro Florentie sive

BIBLIOTECA COMUNALE · ARCHIVIO · TODI

de castro Macerini, vel de quocumque alio loco terrarum Arnulforum, audeat vel presumat laborare seu ad laborandum venire vel metere, sive bestias ad pascendum mictere vel tenere intra confines comitatus civitatis Tuderti, sine expressa licentia communis Tuderti, ad penam viginti quinque librarum cortonensium pro quolibet contrafaciente et qualibet vice. Et quod quilibet de dicta civitate vel comitatu Tuderti possit tales contrafacientes denuntiare et accusare, et tam ipsos quam eorum bestias contra dictam formam repertos sive repertas in dicto territorio et districtu impune capere, et habeat medietatem dicti banni, ac ipsarum bestiarum, dummodo tamen predictos quam etiam bestias taliter captas debeat omnino representare coram domino potestate vel capitaneo civitatis predicte, infra secundam diem a die ipsius capture, in qua contradictos ipsa die talis capture in dicto termino minime compareret. Et quod predicta quolibet anno semel saltem predictis comitatibus et hominibus dictorum castrorum et locorum intimari et notificari debeat per licteras dicti communis. In ipsis licteris specialiter exprimendo quod si aliqui ex eis de predictis senserint se gravatos, infra decem dies ex tunc proxime subsequentes comparere debeant coram dominis potestate populi Tuderti et Rectoribus dicti communis ad allegandum et ostendendum coram eis de ipsorum gravamine, recepturi iustitie complementum.

De pena habentis hostium in muris alicuius castri. Rubrica. CCXIIII. iiij

Item statuimus quod nullus possit habere aliquod hostium in muris alicuius castri comitatus Tuderti, facto et constructo per muros et turres ipsius castri, per quod hostium possit intrari in ipsum castrum. Immo si qua sunt, expensis talis habentis illico muretur et claudatur cum lapidibus, arena et calce, in ea grossitudine in qua est murus dicti castri. Contrafaciens vero penam centum librarum cortonensium incurrat vice qualibet ipso facto. ~~Ita quod in ipsum castrum intrari non possit aliunde vel debeat quam per portam ipsius castri.~~ Preterea volumus quod aliquis possit vel debeat aliquod hedificium constru-

vel constructum habere iuxta muros alicuius castri dicti comitatus ex parte exteriori talis castri. Contrafaciens autem in decem libris cortonensium vice qualibet puniatur. Et nichilominus teneatur tale edificium inde totaliter removere infra decem dies a die precepti sibi facti per quemcumque rectorem dicti communis sub pena predicta. Et quod potestas et capitaneus dicte civitatis teneantur et debeant saltem semel singulis duobus mensibus sui regiminis inquirere de omnibus et singulis supradictis. Et repertos culpabiles in dictis penis punire et condempnare. Et predicta omnia sine aliqua mora facere et exequi facere cum effectu. Quod si quis dictorum rectorum in predictis vel aliquo predictorum negligens fuerit, penam librarum centum cortonensium ipso facto se noverit incursurum.

f De infectis expellendis, et pena receptantium ipsos. Rubrica. CVIII. — iiij

CXI Item statuimus, quod si domino potestati vel capitaneo civitatis Tuderti denuntiatum fuerit, quod aliquis infectus sive leprosus ~~faciat ipsum~~ moretur in dicta civitate sive in aliquo castro vel villa eius comitatus, faciat ipsum per duos medicos videri. Et deinde si ipsi medici sibi retulerint esse infectum sive leprosum, faciat eum de dicto loco expelli. Et eum mitti ad hospitale leprosorum. Preterea volumus quod aliquis infectus sive leprosus venire possit ad dictam civitatem vel in ea stare sub pena librarum decem cortonensium. Et quod nullus sub dicta pena eum debeat receptare. Possit tamen quilibet infectus sive leprosus venire et stare in dicta civitate in die festi et vigilie sancti Michaelis de mense septembris.

in ipsa civitate — ipsum

f De modo expendendi introitus montium. Rubrica. LXVI.

Item statuimus, quod omnes denarii redditum montium communis Tuderti, expendantur et convertantur duntaxat in aptorum latarum necessariorum pro restauratione viarum existentium in civitate et burgis Tuderti. Et ad hoc ut dicti denarii non possint in alium usum expendi sive converti, colligantur et expendantur ut supradictum est, per aliquem bonum virum eligendum per officium dominorum priorum populi tudertini qui pro tempore fuerit, pro eo tempore, et cum eo salario de quibus et prout ipsis dominis prioribus visum fuerit convenire.

Zalus(?)

ARCHIVIO · BIBLIOTECA COMUNALE · TODI

f De postribulo comunis Tuderti. — Rubrica

CXII Item statuimus quod domini Priores populi Tudertini qui pro tempore fuerint, teneantur et debeant eligere unum Camerarium, cui debeat solvi annuatim, quousque in ipsum opus erit perfectum, tota pecunia quam pro Comuni Tudertino deberet percipi vel haberi de pensione postribuli ipsius comunis, quod est in domibus dicti comunis sitis in regione sancti Silvestri. Teneantur et ipsi domini Priores de dictis denariis et pensione de dicto postribulo percipiendis, emere seu emi facere pro dicto comuni, omnes domos que sunt a porta superiori dicti postribuli usque ad domum Monasterii de Arnata ex utraque parte vie, que est intus portam predictam, pro condecenti pretio declarando per duos bonos viros, quorum unus eligatur per ipsos dominos priores, et alter per illos quorum ipse domus sunt. Faciant et de dicta pensione actari et murari murum super porta predictam, ita et taliter quod illis qui habitant prope dictum postribulum, nullum tedium, nullaque iniuria inferatur, nec eorum aspectus dicta de causa offendatur. Et ex parte inferiori ipsius postribuli, faciant fieri alia porta, et ipsum postribulum aptari condecenter. Et quod de dicta pensione et denariis ipsis non possit aliquid expensa fieri in alia re vel opere, donec predicta fuerint expedita. Et quod Camerarius predictus vinculo iuramenti teneatur super dictos denarios quos receperit de pensione predicta, ad petitionem ipsorum dominorum priorum solvere in emptione et pretium domorum predictarum et constructionem operis supradicti.

f De meretricibus non vadant per civitatem — Rubrica

CXIII Item statuimus quod meretrices que stabunt aliquo tempore in postribulo comunis Tuderti, seu alie publice meretrices, non possint nec debeant ire per civitatem Tuderti vel eius burgos, extra dictum postribulum, nisi in die sabbati. Et si invente fuerint ire contra dictam formam, capiantur et capi debeant per familiares dominorum potestatis et capitanei, et per plateam dicti comunis Tudertini publice fustigentur. Et quod nulla meretrix postribularia

possit stare penes dicto postribulo ultra tres perticas ad perticam communis Tudertini sub pena vigintiquinque soldorum cortonensium pro qualibet vice. ¶ Hoc intellecto et declarato quod postribulum intelligatur et sit ille locus qui positus est in civitate Tudertina in regione dicti Silvestri et parrochia dicti Flaviani, in contrata que dicitur Casalena, in domo et iuxta domum que fuit Spallecte, et in aliis domibus ibidem aptis per dictum commune ad usum predictum. Cui loco et postribulo et postribulum coherent vie publice et alia sua latera. ¶ Meretrices autem et lenones haberi et intelligi volumus illas et illos qui et que commorantur et se reducunt in postribulo et in loco predicto.

f De pena iniuriantis, offendentis vel molestantis aliquam meretricem, vel lenonem in postribulo et eius coherentiis. — Rubrica

Lxxiiii simile

Statuimus insuper, quod nulla persona iniuriam vel offensam aliquam inferat alicui de predictis meretricibus, seu lenonibus in postribulo et loco predicto, seu in eius coherentiis, sub pena que de ~~ipso~~ ea maleficio per formam statutorum communis Tudertini ~~dicti communis~~ imponenda veniret, si talis iniuria vel offensa inferretur vel fieret contra civem Tudertinum honeste conversationis et vite. ¶ Nullus in proiciat aliquem lapidem, vel quid aliud super vel iuxta domos dicti postribuli, vel in eius coherentias seu circumstantias. Vel ibidem molestiam seu vexationem aliquam inferat quoquomodo, propter quam seu quas dicte meretrices et lenones se ibidem receptantes libere et commode ibi morari nequeant seu impedirentur. ¶ Et qui contrafecerit, puniatur in quadruplum eius pene que per formam statutorum dicti communis imponenda veniret, si tale maleficium alibi per eundem committeretur contra aliquem civem Tudertinum bone conversationis et fame, non obstante statuto aliquo, quod in contrarium loqueretur.

f Quod conductores postribuli teneantur illud aptare. et de pena meretricum alibi hospitantium. et quod tertia pars questus sive lucri sit conductoris. — Rubrica —

ARCHIVIO TODI BIBLIOTECA COMUNALE

Cxv Item statuimus, quod conductores dicti postribuli teneantur ipsum postribulum taliter aptare eorum expensis, quod meretrices et lenones commode ibi stare et hospitari valeant, die noctuque. ¶ Et si aliqua ipsarum dictarum meretricum alibi hospitaretur absque licentia dicti conductoris, puniatur in quinque solidis cortonensium quolibet vice. ¶ Cuius pene medietas sit communis Tuderti, et altera medietas dicti conductoris. ¶ Et quod dictus conductor tertiam partem eius quod ipse meretrices ex questu eorum corporis percipient sive lucrarent, habeat et percipiat ab eisdem.

f [illegible]

Quod ser Guidaloctus domini Albertini non possit intrare domum habitationis dominorum priorum sive ~~palatia vel domum habitationis~~ alicuius rectoris ~~vel officialis~~ communis Tuderti — Rubrica — et de pena ipsius contrafacientis.

Cxvi Item statuimus, quod ser Guidaloctus domini Albertini de castro Florentino non possit nec debeat ullo modo ingredi palatium dominorum priorum populi Tuderti, nec palatium aut domum habitationis vel audientie alicuius rectoris vel officialis communis Tuderti iurisdictionem habentis, usque ad quinque annos incoeptos in anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo sexto, indictione decima, die decimonono mensis iunii, nisi forsitan occasione alicuius processus criminalis qui fieret contra eum, quo casu, quotiens et prout exigerit opportunitas talis cause, ad predictorum observationem minime teneatur. ¶ Et si contrafecerit, incurrat penam quinquaginta librarum vice qualibet ipso facto. ¶ Et de hoc liceat cuilibet ipsum accusare et denuntiare, et habeat medietatem pene, que camerario camere dicti communis soluta fuerit occasione predicta. ¶ Et quod usque ad dictum tempus dictus ser Guidaloctus non possit habere aliquod officium in dicto communi.

Cxvii Quod statuta siqua reperirentur edita contra ecclesiasticam libertatem, sint cassa. Et quod prolata in masculino sexu, intelligantur et in feminino. Et quod statuta intelligantur secundum nudam et rectam eorum mentem et formam.

Hac lege perpetuo valitura statuimus, decernimus, ce-
semus et declaramus, nullum capitulum statutorum comunis tuderti
in presenti volumine contentorum, vel aliquam eius particulam
sive clausulam posse vel debere sic intelligi, vel in ali-
quam observantiam trahi, in iudicio vel extra, ex quo,
sive cuius occasione insurgeret vel resultaret, sive
insurgere vel resultare posset aliqua contrarietas
seu repugnantia ecclesiastice libertati. Quinimmo, siquod
tale capitulum, sive siqua talis particula vel clausula, in
presenti volumine reperiretur, ex nunc ipsum et ipsam cassum,
irritum et nullum, atque cassam, irritam et nullam esse decer-
nimus et declaramus, nulliusque fore roboris vel effectus,
ac haberi et censeri et debere penitus pro non scriptis. Prete-
rea decernimus et declaramus, quod quicquid in presenti
volumine statutorum predictorum per verba indefinite,
sive universaliter prolata, reperitur in genere sive
sexu masculino aliquid fore dispositum, quod ad femi-
ninum genus sive sexum posset congrue ac probabiliter
adaptari, ad ipsum femininum genus sive sexum
trahatur et extendatur, ac si in utroque predictorum sexuum
talis dispositio premisse scripta et concepta fuisset.
Volumus insuper, quod omnia et singula capitula statu-
torum presentis voluminis, in qualibet parte sui, qua-
tenus verius censura patitur et permictit, intelligi et
observari debeant, tam in iudicio quam extra, secundum veram
et rectam et communem mentem, sensum, tenorem et in-
tellegentiam ipsorum. Preter quam in casibus in quibus per
formam alicuius capituli dictorum statutorum in contrarium
expressum reperitur esse dispositum et premissum.

[Left margin:] MCCCXLVI, die Jovis [illegible] ... per [illegible] ... cassum ... de [illegible] ... hoc capitulum ... absolute [illegible]

[Right margin:] quod vel que sic debet intelligi

[Right margin:] exceptis aliis quibus per formam alicuius capituli statutorum dicti comunis seu per formam quorum comunis in contrarium reperitur premissum.

Biblioteca Comunale Todi · Archivio

ARCHIVIO - BIBLIOTECA COMUNALE • TODI •

TODI · ARCHIVIO - BIBLIOTECA COMUNALE

ARCHIVIO - BIBLIOTECA COMUNALE

ARCHIVIO - BIBLIOTECA COMUNALE - TODI

83v

Volume n 2

numeri n 42

Incipit [illegible] noua distinctio

[illegible] die Jovis xxvj Jan. [illegible] ... [illegible] marino [illegible] ... petitiones [illegible] ... [illegible]

85

1

De ordine Judiciorum — Rubrica — j

In nomine domini amen. Statuimus et ordinamus quicumque super aliqua lite vel causa in qua salarium comuni Tuderti solui debet per formam alicuius capituli statuti dicti comunis, alium conuenire voluerit, petitionem suam porrigat in scriptis camerario camere dicti comunis, in qua quidem petitione insinuet et exprimat nomen et certam summam pecunie, seu iustam extimationem rei quam petere intendit, et eidem camerario soluat nomine salarii pro comuni Tudertino [illegible] quod per formam alicuius capituli dictorum statutorum debet (quod salarium idem camerarius statim scribi faciat in libro dicte camere, pro suum nomen ac in ipsa petitione). Et deinde talis petitio ex parte dicti camerarii per publicum baiulum dicti comunis mictatur ad judicem de tali causa cogniturum, et quod notarius dicti judicis statim nomen ipsius baiuli ipsam petitionem deferentis in actis scribere teneatur. Et deinde idem judex, visis predictis. Seu etiam si in alia causa in qua per formam alicuius capituli statuti dicti comunis salarium aliquid dicto comuni solui non debet, fuerit coram eo porrecta petitio, siquidem in tali petitione aliquid petatur, in quo pure et efficaciter conuentio locum non habet, Citari faciat reum saltem bis, ut coram judice compareat, recepturus copiam ipsius ~~dicte~~ petitionis et terminum ad respondendum seu contradicendum eidem. Cum reus siquidem comparuerit in aliquo de dictis terminis. Et coram eo in judicio confessus fuerit se debitorem esse iuxta formam petitionis ~~predicte seu de aliqua parte pecunie [illegible]~~ ~~[illegible]~~ precipiat ipse judex, quod infra decem dies ex tunc proxime secuturos, ipsam pecuniam, sive rem petitam, ~~totaliter seu pro parte iuxta tenorem confessionis~~ ~~[illegible]~~ cum omnibus expensis factis per eundem actorem in ipsa causa, seu eius occasione, eidem soluat, det et restituat. ipsa die dicti facti precepti in dicto termino decem dierum minime computata. Et si talis debitor infra dictos decem dies dictam solutionem et restitutionem non fecit

(margin:) super

(margin:) cumque talis petitio porrigetur

(margin:) in ipso

TODI [illegible]

85v

vigore formam dicti precepti, teneatur idem Judex ad petitionem
et voluntatem talis creditoris, eidem dari facere in te-
nutam de bonis talis sui debitoris. videlicet de mobilibus
vel se monentibus usque in duplum. Et de stabilibus usque
in triplum ipsius quantitatis vel iuste extimationis ipsius
rei, in ipsa petitione contente. et expensas dicta de causa factas.
Et nichilominus tam ipse reus principalis quam eius fideiussor
ad petitionem et voluntatem talis creditoris per ipsum Judicem ad
solutionem ipsius debiti realiter et personaliter cogi possit et debe-
at omnibus iuris remediis opportunis. prout per formam
statuti dicti comunis permictitur. ac diebus omnibus tam feriatis
quam et non feriatis. Illis duntaxat exceptis qui ad ho-
norem dei fuerint feriati. Si vero talis questionis
negaverit, possit et debeat ipse Judex ipsam questionem
si fuerit viginti soldorum. vel ab inde infra. que non pendeat
a maiori summa, vel annualem prestationem non contineat, vel
maiori quantitati viginti soldorum, seu rei ultra valenti
preiudicium non generet. iuramento ipsius actoris, vel
rei prout ipsi Judici visum fuerit, lite non contestata, de-
cidere. Si vero ipsa summa petita, sive ipsius rei pe-
tite extimatio, dictam summam viginti soldorum excedet.
que tamen non transgrediatur summam quadraginta soldorum, eo
ad banchas / cum ipsis Judicibus stare apud ipsas banchas.
sub pena decem solidorum pro quolibet / et qualibet vice. ¶ Et
Judices curiarum non possint committere acta suarum curiarum
ad scribendum alijs notarijs quam notarijs eis concessis. nisi
~~hoc fuit~~ de voluntate partium ~~et alias facere non possit~~.
¶ Possit tamen ipsi Judices ad petitionem cuiuscumque pete-
ntis / committere notarijs de civitate vel comitatu omnia acta et
scripturas dictis opportuna et opportunas pro citationibus et
relationibus et presentationibus faciendis pro mulieribus de per-
sonis que ~~deberent~~ prestare sua presentiam contractibus vel
distractibus seu ~~[illegible]~~ ultimis voluntatibus ipsarum mulierum.
~~[illegible]~~ / Et pro bannimentis
proclamationibus faciendis pro subhastationibus rerum minorum.
furiosorum. mentecaptorum vel prodigorum. et pro inven-
tarijs hereditatum / ¶ Et quod ea que ipsi notarii in dictis ca-
sibus et quolibet eorum de predictis et circa predicta scripserint /

.·. cives vel comitatenses
tud.

pena [illegible] alia [illegible]
contrafaciente et [illegible] nisi ibi
[illegible] iudicis ex
aliqua iusta causa

.·. partis.

valeant et teneat. Dummodo in ipsis scripturis contineantur
essentialia que in publicis scripturis requirunt de
iure seu secundum morem et consuetudinem notariorum civitatis
Tuderti.

f Quod prior creditor potior sit in iure, et quod iudices
appellationis remota summarie diffiniant controversias cre-
ditorum ——————————————— xlviii.

Si plures creditores eiusdem titulo vel causa diversorum auctori-
tate curie tenutam rei sui de-
bitoris apprehenderit, et de ipsa re seu tenuta appre-
hensa esset controversia inter eos, Iudex coram quo talis
lis seu controversia verteretur, exceptis feriis
et iuribus petitum, veritatem exquirat et declaret
infra tertium diem a die petitionis seu controversie mote. ipsa die dicte porrecte petitionis seu
mote computata et dicto termino nichil
minus computata.
/ de pena Et quem invenerit potiorem de iure, quod illo pronuntiet
et declaret, aliis omnibus comminatione pene centum solidorum
contrarium silentium imponendo. Quam penam, ad regestum
iuris traditis, si quis contra talem infringat, si rursus de
iure vel de facto controversiam iteraret. Et quod de-
claratum et pronuntiatum fuerit per ipsum iudicem robur optineat.
omni iuris articulo appellationis remota. quod si in-
terponeretur habeatur statim fictione frustatoria consceatur.
et eidem nullatenus deferatur. Quinimmo iudex in centum solidorum condempnetur. tal' appellator
~~eo ipso compellat talis compellat appellans~~ Ceterum si secundus
creditor desideraret extimationem fieri de re vel rebus capta seu
captis per creditorem priorem, extimans ~~forte plus esse~~ ea vel eas plus
valere quam recepit ipse prior creditor, debeat iudex ta[n]dem
~~tam~~ priorem quam posteriorem creditorem compellere ad eli-
gendum duos homines, fideles personas magis expertas
tales res, seu tales res vz. unum per quolibet eorum. Qui sit
electi infra duos dies proxime subsequentes post electionem predictam ipsa
die dicte electionis et dicto termino dictorum duorum dierum non computata
talem rem seu tales res extimet, et extimatio per ipsum iudicem spectat.

ARCHIVIO-BIBLIOTECA COMUNALE · TODI ·

~~rem captam de eius extimatione agerent. Ita quod quilibet~~
~~[illegible] electi [illegible] rem [illegible]~~
~~[illegible] extimet rem predictam, et eam extimare co-~~
~~gant [illegible]~~ Et si ipsa extimatio excederet
debitum prioris creditoris, quod plus est, detur creditori
secundo, seu potiori post primum. Et predicta omnia expediant
breviter, summarie et de plano et sine strepitu et figura iudicii
~~etiam [illegible]~~ non obstantibus, et sine solutione salarii
amotis cavillationibus et subterfugiis. et iuris medullis ac
rei veritate dumtaxat ~~[illegible]~~ inspecta.

\+

\+ De confessionibus factis coram iudicibus. ——— Rubrica

Revideatur cum stat.

Item statuimus, quod si debitor confessus fuit coram iudicem, se fore
alicui in aliquo obligatum, cum adiectione et expressione
certe et determinate rei et cause, possit et debeat ex
tali ~~confessione~~ sua confessione gravari, non obstante quod ille talis
cui se talis dixerit et confessus fuit ~~[illegible]~~ obligatum
fore presens non fuit confessioni predicte. Et e contra si quis
confessus fuit se sibi debitum, re certa et determinata, se recepisse
cum adiectione et expressione certe et determinate rei
et cause. In eo petendo decetero minime audiatur, de-
bitoris absentia non obstante. Et [illegible]
[illegible] valeat talis confessio, ac si alia parte presente
~~talis confessio~~ facta fuisset.

\+ De electione officio et salario iudicum et notarii [illegible] Rubrica

Sublatum [illegible] capitulo [illegible]

Item statuimus quod iudex ad officium [illegible] et [illegible] adsunt
viri valentes [illegible] in [illegible] inclusive.
Et debeant duo iudices, de [illegible]
[illegible] quilibet habeat secum ——

xxx [illegible]

tres not(arii) et iudices. Et cognoscat et diffiniat ipse iud(ex)
de omnibus q(ue)stionibus C s(olidorum) vel ab inde infra. et de re valle
te usque in C s(olidorum) vel ab inde infra. s(ecundu)m modum et ordi- . i(n)clusive.
nem infrascriptum. videlicet q(uod) casus xx s(olidorum) vel ab inde infra.
et ubi res estimationis vel valoris xx s(olidorum) vel ab inde infra di-
ffiniat et decidant per iuramentum unius partis, cui ipse iud(ex)
de iure magis videbit deferendum. Dummodo tales cas(us) sint,
ut supra, annuale debitum non contineant, neque a summa maiori
dependeant, seu preiudicium non inferat circa proprietatem
alicuius rei immobiles. (Aliqui) in tali lite, cause, ut ea
procedant, causas diffiniat, prout statutum dicti comunis forma continetur.
vel ipsis cessantibus sive deficientibus, iudicis comunis forma et
censura requirit. Et quod quilibet dictorum iudicum insolidum
etiam iurisdictionem habeat et contineat. (impedit) Ac quelibet
coram eo comparente cum sua petitione vel querela be-
nigne audiant et petitis. Et nullus qui electus fuerit
ad ipsum officium iudicatus vel notariatus, cogi possit invitus
ipsum officium acceptare. Et quod officium predictorum iud(icum) et
not(ariorum) duret sex mensibus tantum et non ultra. Et quod iud(ices)
debeat esse etatis xxx annorum ad minus, et
qui exerceant artem notarie quinque annis ad minus. Et dicti
not(arii) teneantur assignare libros suorum actorum que in dicta
curia fecerint, camerario dicti comunis infra tres dies deposito
eorum offitio. Et quod quilibet ipsorum iud(icum) habeat pro suo salario habere
debeat duodecim libras et decem s(olidorum) cor(tonenses) et plus, ad volun-
tatem et secundum deliberationem consilii generalis dicti comunis. Et
quod quilibet dictorum not(ariorum) habere debeat decem cor(tonenses) pro suo salario. septe
libr(as) et decem s(olidorum) cor(tonenses) et plus, ad voluntatem dicti consilii. Providentes,
quod deinceps dictorum iud(icum) et not(ariorum) electio fieri debeat
in hac forma. videlicet quod domini priores populi comunis dicti qui pro tempore
fuerint, teneantur et debeant infra quindecim dies post pu-
blicationem presentis statuti facere fieri iiij bussolos, et eligere
et nominare duodecim bonos et sufficientes not(arios) in ipsa arte
expertos. videlicet illos quos in ipsa arte noverint meliores et
sufficientiores, et excepto ab ipsis not(ariis) cugnali iuris de isto corpore offitio fideliter procedendo,
... ~~eorum officium bonus fuit ... ipsi duodecim not(arii) sic electi~~ ipsi d(omini) priores, una cum eis

Verum si tales questiones seu rei
qui peteret extimationis dictam
summam xx s(olidorum) excederet dum-
modo tamen dictam summam C s(olidorum)
non transgrediatur, eo casu dicti
iudices

et conqueruntur

. ppte

98v

tenea(n)t (et) debeant ... (et) elig(er)e mat
riculam artis notarior(um) dicte civit(atis) et comitatus (et) ipsa ma
tricula extrahere (et) elig(er)e omnes (et) singulos notarios quos
crediderint esse sufficientes (et) ydoneos ad iudicatus officium
p(ro) eis exercendum. Et in duas ex ipsis bussolis mictere
nomina dictor(um) iudicum singulariter (et) divisim, s(cilicet) in una guelfos
(et) in aliam ghibellinos. Et omnes quos noverint fore ydo
neos ad officium notariatus c(ivilis) et criminalis mictere singulariter
(et) divisim in alias duas ex ipsis bussolis, in una s(cilicet) guelfos
(et) in aliam ghibellinos. Possit etiam dicti domini priores in
dictis bussolis ponere p(ro) iudicibus sive notariis prout, ut eis
videbitur, expedire, nomina et ex nominibus dictor(um) ... notariorum alter(um)
p(ro) eos ad dicta. Ita tamen quod de quolibet iudice (et) notario mictendo
in dictas bussolas, obtineri debeat per duas partes, ad serutinium
secretum ...; ut et bussolas (et) pallucteas. Que bussole
tamen ... nominibus mictat in quandam cassictam firmatam duabus
diversis clavibus, unam quarum teneant ... et
alteram camerarius communis ... Que cassicta ...
... Et singulis annis de mense maii
... In consilio ... extrahant de dictis
bussolis dicti ... nomina iudicum c(ivilium) et criminalium duo nomina p(ro) cancellarium
dicti communis ... s(cilicet) de bussula in qua sunt nomina
guelforum (et) alter(um) de bussula in qua sunt nomina ghi
bellinor(um). Et simul extrahant sex nomina notarior(um) que
debeat ad predicta officia ... Et dictis bussolis de
dictis iudicibus (et) notariis vacantibus, ... bussole de dictis iudicibus
(et) notariis modo predicto debeat reimpleri, mictendo in qualibet
bussulam vacuatam nomina illius partis de qua prius missa fuerit
in eamdem.

De testibus ad perpetuam rei memoriam examinandis et publicandis.

Item cogere testes ydoneos ponere volentes ad perpetuam rei me
moriam ... sive testamentis
vel donationibus ... ut ea ... vel legato ...
... Iudex maioris curie communis ... ea
... faciat eos iurare ... ipsos ... examinet et
eorum dicta ... scribi in actis sive libris communis ... et dictis ipsos testes eorum
attestationes publicet ..., non obstante quod lex ... non fuit contestata, vel de calupnia
iuratum ... eorum
dicta valeat in futurum. Et predicta ... facere teneat
infra ... post ... eo ... fuit
... producens ... X ...

f De modo probandi parentelam et hiis similia. — xxx.

Item statuimus quod quotiescumque opportunitas occurrerit in quacumque causa civili vel criminali, mera vel mixta, que erit coram quocumque iudice sive offitiali, rectore, communis Tuderti, vel etiam coram arbitris seu arbitratoribus, etiam vel post litis contestationem, probatio parentele, affinitatis, matrimonii, filiationis, vite, vel mortis et aliorum similium fiat et fieri valeat coram. Et sufficiat in predictis vel aliquo et quotiens eorum probatio trium testium deponentium quod audiverint et viderint et talium personarum credit et existimat ita esse fore. Et talis probatio plena optineat firmitatem. Aliquo iure canonico vel civili, seu statuto aliquo communis Tuderti loquente in contrarium non obstante.

ordinaria vel extraordinaria

talis rectoris, iudicis vel offitialis arbitri vel arbitratoris in quacumque parte iudicii.

f Quod habentes tenutas aliter ante defendant, et quod iudices teneantur extromictere tenutas — xxxi.

Item statuimus quod omnes tenute date per quacumque curiam tudertinam, potestatis et capitanei et iudicum eorum defendere teneantur, omni fraude cessante. Et hoc totum habeat locum in futuris, quod si quando datio seu concessio alicuius tenute non fuit alicui rei per qua ipse tenutam data seu concessa non fuit vel possideri ante ipsam litem, non obstat habenti ius in re vel concessa talis rei de qua data fuit ipsa tenuta. Sed obsit et obesse possit ei contra quem ipsa tenuta data fuit seu concessa. Et iudex quod ipsam tenutam seu concessit, sive dedit vel concessit, per propriam eam cassare et revocare et extromictere teneatur ad petitionem talis ius habentis possessoris seu ream vel sive concessa fuit ipsa tenuta, debuit probare rem illam esse contra quem ipsa tenuta data sive concessa fuisset. Et quod in dicta causa procedatur breviter, summarie et de plano ac sine strepitu et figura iudicii, diebus ultra et balneis feriatis, exceptis illis diebus qui in honore dei per forma iuris sive statutorum communis Tuderti sunt feriati.

curie Tuderti.

et ad similia deputatorum

petitis modum supra statutum

f Quod remissi in tenuta tempore partis defendant, et officiales communis Tuderti cum communi partis. xxxij — iiij. d.

Item statuimus quod si aliquis fuerit olim remissus sive repositus in tenuta alicuius rei per formam ordinamentorum pacis sive per communem Tuderti cum communi partis, potestas et capitaneus et eorum iudices et aliis eorum qui in futurum teneantur et debeant talem remissum sive repositum in dicta re sive possessione de iure defendere a qualibet persona. Ad penam ducentarum librarum denariorum.

vel ut supra

f De remissione intromissa tempore reconciliationis defendanda.
Rubrica ——————————— xxxiiij. — iiij. d.

xxvi. Item statuimus quod si aliquis ~~vel aliqui~~ fuerit de remissus sive repositus intromissa, aliquid vero, secundum formam ordinationum — ut pone
reconciliationis facte per dictam civitatem tempore Rogerii de comitibus olim capitanei ipsius et civitatis. potestas et capitaneus et eorum offi-
ciales, teneantur et debeant, talem remissum seu repositum — et quibus eorum qui inde fuit requisitus.
in dicta tenuta, ut pone, de iure defendere, contra quamlibet
personam, ad penam — quingentarum librarum denariorum.

f De precepto guarentigie ——————————— xxxv.

xxxvii. Item statuimus ~~et ordinamus~~ quod licitum sit iudicibus et notariis,
qui conficiunt cartas publicas, tam de civitate quam de comitatu.
et districtu [illegible], preceptum guarentigie facere de debitis [illegible]
[illegible], et de aliis bonis rebus de quibus contractus conficerent, in
hunc modum, videlicet, quod talis iudex et notarius tali volenti [illegible]
facere preceptum quod solvat debitum prefatum tali creditori

ad talem terminum, ut in ipsa scriptura continetur, vel defen
dat rem venditam et contractum observet, vel instrumentum
~~et om~~ et omnia et singula que in ipsis instrumentis continentur.
¶ Et teneatur potestas et qui loco eius fuerit, et iudices omnes
et quilibet ad iustitiam reddendam sedentes ~~com. tuderti~~, et quilibet
eorum ipsam guarentigiam exequi in hunc modum. ¶ Videlicet
quod soluto salario camerario comunis tuderti, ad petitionem et requisitionem
creditoris vel heredis ipsius, vel illi qui ius cessum habet,
vel procuratoris eiusdem, faciat fieri preceptum per bannitum
comunis tuderti personaliter vel ad domum habitationis ipsius debi
toris, quod debitor vel heres ipsius veniat ad standum
et morandum in palatio comunis tuderti, et inde non
discedat, nisi primo satisfecerit tali suo creditori, vel he
redi ipsius, vel habenti ius cessum ab eo, de omni debito,
salario, et expensis, et de omni eo quod in ipsis instrumentis notarii
continetur, ad penam decem librarum cortonensium comuni tuderti persol
vendam, nisi ipsa die de predictis omnibus et singulis
suo satisfecerit creditori, vel heredi ipsius, vel ei qui
ius cessum habuerit contra eo. ¶ Cum vero dictus debitor,
si venerit, cogatur per eum qui guarentigiam exequitur personaliter
et realiter, pro quantitate et qualitate de ipsius creditoris vel sui
heredis, vel ius cessum habentis processit voluntate. ¶ Nisi
ipse debitor, vel conventus ex forma guarentigie, oppo
suerit solutionis exceptionem, quam solutionem probare possit
infra tres dies, a die precepti facti per bannitum nu
merandos, per instrumentum quietationis, vel instrumentum ipsius debiti
cancellatum, vel dampnatum. ¶ Et nulla alia exceptio
possit opponi, vel alio modo probari, per quam ipsa guarentigia
seu preceptum guarentigie impediatur vel retardetur.
¶ Ita tamen, quod ad dictam exceptionem probandam nullatenus
admictatur, nisi primo apud ydoneum mercatorem
vel campsorem depositum fecerit de quantitate de
biti, salario, et expensis, et de omni eo quod in dictis
instrumentis continetur, sicut de ipsis iudicibus placuerit

voluntate. ¶ Si vero non venerit in termino sibi dato
vel assignato per baiulum, vel sine licentia creditoris vel
eius heredis, vel ius cessum habentis, de palatio di-
scesserit, in dicta pena decem librarum ad registratorem seu denun-
tiatorem talis creditoris vel alterius procuratorum, per potestatem
vel iudicem maleficiorum eumdem condempnetur, omni iuris sollemp-
nitate et ordine pretermissis. ¶ Que vero condempnatio ite-
retur et fiat per potestatem vel iudicem supradictum, totiens
quotiens ipse debitor preceptum prefatum factum a
baiulo contempserit adimplere. ¶ Et nichilominus contra
bona talis debitoris vel heredis ipsius, atque personas
ipsorum procedatur eumdem prout ab ipso creditore, vel herede ipsius, sive
ius cessum habente, fuerit postulatum, in capiendo, et
detinendo, ~~in solutum capiendo~~ et domum vel domos
precludendo vel scarcando, tenuta bonorum capiendo, et con-
dendo, et in solutum capiendo, quousque fuerit satisfactum.
sicut de ipsius creditoris, vel ius cessum habentis ÷ ipsius herede, sive
processerit voluntate. ¶ Hoc vult tales creditores, vel
heredes eorum, vel ius cessum habentes integre reser-
vato, quod si eorum iuramento firmaverit de debitore
habere suspectum, hostes iusto guarentitie, nulla
ipsius debitoris requisitione prehabita, potestas et alii
qui dicta guarentitia exequuntur, capi et ad palatium
duci facere teneantur ipsum debitorem. Ita quod ipsis cre-
ditoribus, vel eorum heredibus, sive ius cessum habentibus,
penitus satisfiat, nisi premissa exceptionem opponeret
et probaret modo superius notato. ¶ Super quibus omnibus
et singulis supradictis, potestas et iudex procedant,
sicut eis vel alteri eorum videbitur expedire. Et sicut de
talis creditoris, vel eius heredis, vel ius cessum habentis
processerit voluntate, servata tamen forma predicta.
¶ In quibus omnibus et singulis preceptis, et executionibus
omnibus supradictis, et quolibet predictorum, omnis appellationis
et nullitatis remedium conquiescat. Ita quod ipsorum

remedio vel alteri predictorum nichil de predictis pro
cessibus / preceptis et executionibus / vel aliis supradictis /
possit vel debeat immutari / tolli / revocari / vel emen
dari . ¶ Siquis autem contrafecerit vel venerit
in executione contententie supradicte / a processu qualiter
appellando cumque facto / vel de nullitate dicendo / vel in aliquo
predictorum contrafaciendo / pena quinquaginta librarum cor. pe
nitus puniatur / Et ipsam appellationem / allegationem /
vel contradictionem aliquis iudex non admictat / set pre
dictis vel aliquo predictorum non obstantibus / ad executionem
procedat / sicut ei videbitur expedire / ¶ Et iudex
qui ipsam appellationem receperit / pena simili puniatur /
¶ Et penam supradictam advocati et procuratores substine
ant / et alius quilibet / qui in predictis contrafece
rint / patrocinium / vel procurationem / vel advocationem /
vel aliquid aliud contra predicta vel alterum predictorum
prestando / vel contrafaciendo . ¶ Et predicta omnia et
singula fieri possint et effectui demandari diebus
utilibus et feriatis . ¶ Item quod omnibus et singulis
potestas et sua curia favorabiles existat / ita quod omnia
et singula integraliter effectum mancipentur / nullo
obstaculo / vel deliberatione aliqua in aliquo exgistente . ¶ Que
omnia et singula et quodlibet predictorum locum habeant
et inviolabiliter observentur in omnibus personis maioribus /
x et privilegiatis personis / civibus et forensibus / qui in dicta
curia litigarent . ¶ Et hoc capitulum et ~~hec~~ omnia
ista et singula / ~~in eo contenta~~ supra scripta / locum habeat et ~~in~~
~~violabiliter~~ roboris obtineat firmitatem / in penden preteritis adhuc
tibus / ~~preteritis~~ ~~presentibus~~ et futuris / aliquo iure civili
vel canonico / vel statuto non obstante . Quibus omnibus et
singulis predictis non obstantibus presens capitulum servetur / ac si ipsa in ipso capitulo
specialiter essent expressa / ac et divulgata / que in hac
parte pro cassis et irritis habeantur . ¶ Et potestas / et quilibet alius
~~et~~ Rector communis Tuderti / vel alius qui ~~fuerit~~ loco ~~eorum~~ alicuius eorum fuerit.

ARCHIVIO - BIBLIOTECA COMUNALE TODI

101v

p tpe sub pena qnquagita libr. predem caplm in
oibz et p oia poni facere teneant de statuto i stain
tutu, Ita q hec oia semp vigeat in statuto et volu
mine statutor. ¶ Ite potas qui rector cois tudr. — qlibz ale
alicui cor — ul alio qlo loco, ea fuit, et Judices civitatis ac notarii cois
Tuderti teneant et debeat predem caplm in oibz et
p oia ut supra est expssum, executioni mandare in
oibus ctractibz factis et celebratis int quascuqz
psonas a dece annis cit, etia ubi guarentia no ceti
net, et in oibz ctractibz dotalibz quibuscuqz quocuqz
tpre fcis et celebratis, sive in eis ctineat guar
sive pceptu guaret. ctineat, sive no. ¶ Itaqz q psens
// piudicare psit — p dictu caplm vel aliqua pars ipi capli no pиudi
cet, nec aliquod preiudicium faciat Caplo qd logr
‹ ctctibz filior famil. — et e sub Rubrica de no ctrahendo cu filio famil.
et ctractibz habitis cu ipis filijs et nepotibz emancipa
tis. ¶ Et ubi logtur p guarentia fcis a decem — ‹. e. de ctctibz
annis citra, intelligat de ctractibz sptis et publi
catis manu cuiuscuqz notarii de civitate et cois Tuderti ul
et etia aliunde, no obstante caplo cstituti, quod est
+ — sub Rubrica q nullus notarius alteri Jurisdictionis — ‹ i ctrm logtr.
roget aliquod Instrm, et quolibet alio caplo, qd
hic p specificato et noiato habeatur.

ƒ — ¶ Quibz tpribz debitores cogi no possit — Rca — lxxvi^a.

xxxviii — Item statuim, q nullus occone alicui debiti pecunia
rij, ul occone alicui sortie, sive precepti i civili ca, h. e. tu late, ul fei, sive
ul laudi, sive arbitramenti, late, lati, ul fci, ul — occone alicuiul
occone alicui ccepnatis fce occone districte, ul eo
tempe mandati, sive vigore, ptestu, ul occone
alicui Instri, ctinentis pceptu guarentie, sive non — possit realit ul — ul debeat
cqui molestari ul — pslit cogi, in festivitate sctissimi natalis nativitatis dni
nati. — nri ihu xpi. vel etia gloriosissime resurrectionis. vel
i festo beatissimi cfessoris sci Fortunati, ducis et

contemptionis coīs et ppli Tudertj. Vel octo dieb3 ante
et octo post ipos dies ipaꝝ festiuitatum / et cuilibet
eaꝝ. Et si secus fiat / nō teneat ipo iure / quinimo / quatenus
~~...~~ de facto processit / similiter statim p Judicem de facto
debeat ad cuiuscumq3 petitionem / suo contrario in principio / et ex
suo officio totaliter et effectualiter reuocari. Et q
dictis temporib3 / tales debitores ad ciuitatem et coīt Tuder-
tinam / libere / et impune / uenire / ibiq3 stare / et pmanere,
ac inde discedere possit et ualeat / aliquo statuto, or-
dinamento / ul reformatione / et maxime statuto quat. quoquo modo.
in contrarium loquente / nō ~~...~~ obstantib3. Et si q
debitores illis temporib3 starent in palatijs coīs Tuder-
coacti sub fideiussoria cautione / ul sine / possint et
eis liceat libere et impune inde discedere / et quo
uoluerint ire. Ita tamen / qd ipis dieb3 elapsis / teneri et ibi pmanere
debeat ad ipam districtam / put antea tenebantur. Et
qd ipe discessus nullum suo creditori preiudicium
generet, nec possit ~~fideiussori eidem~~ ipi debitori
ul fideiussori eiusdem, adeo qd ipe principalis de-
bitor et eius fideiussor, pdictis nō obstantib3, nichilominus
eidem creditori remaneant efficaciter obligati, si-
cut eidem primitus tenebantur. Et pdcis capitulis certis alijs capitulis
statutis, et ordinamentis, dicti coīs uolumus preualere.

+ De debitore p maleficio citato nō capiendo pro
debito — Rca — h. (nouum loco ueteris)

+ Item statuimus qd si aliquis fuerit citatus qd compareat
ad excusandum se de aliquo maleficio, de quo contra
eum procederetur in aliqua curia coīs Tudertj. p uiam et
modum accusationis, denunciationis, ul inquisitionis, qd infra seu alio quoquo modo.
terminum ipi citationis dum uenit ad se excusandum
de ipo maleficio, seu postmodum dum p ipo maleficio detinetur
in palatio, siue carcere coīs Tudertj., seu etiam infra
tertiam diem postq3 licentiatus fuerit sibi discedere, capi ul
detineri nō possit p aliquo debito. Et intelligatur

ARCHIVIO - BIBLIOTECA COMUNALE - TODI

sibi licitu fore discedere, statim postquam ipsi accusatori, denu(n)
tiatori, sive Inquisitori responderit, vel ab ea se excusaverit,
et satisdederit, seu relassatus fuerit sue initatorie
cautioni, non obstante capitulo Guarentitie, vel aliquo alio
quod in contrarium loqueretur.

f Quando condempnatores districte et tenute molesta
re executores mictantur. — Rubrica — lxxii.

th Item statuimus quod Potestas et Capitaneus communis Tuders, et
~~quilibet ipsorum, et ipsorum~~, et cuiuslibet eorum Judices, et offi
ciales, teneantur et debeant supersedere in executionibus
et exactionibus summarum et condempnationum latarum et factarum
hactenus quandocumque, et que fierent in futurum occasione distric
te palatii, sive molestationis tenute, et super eis
vel aliqua earum non procedere, Nisi de voluntate et ad
petitionem creditoris, qui ipsam condempnationem fieri fecisset,
vel heredis ipsius, sive ius cessum habentis. Statuentes
quod satisfacto creditori, ipsas condempnationes vel earum ali
quam nullatenus exequantur, statuto vel ordinamento ali
quo non obstante.

f De debitoribus cogendis, et qui carcerari possunt,
vel non. — Rubrica — lxxiii.

th Quilibet debitor tam principalis quam fideiussor pos
sit et debeat pro pecuniario debito persolvendo ad petitionem
sui creditoris, et heredis ipsius, ac et ius cessum habentis
ab ipso creditore, vel eius herede, in quolibet casu abaliis capitulo i
statutorum communis Tuderti permisso, in palatio communis ~~Tuder~~.
vel alia domo per ipsum commune deputanda pluribus detineri, usque
ad integram ipsius debiti, et expensarum satisfactionem. Et nullus
debitor sic detentus, debeat de palatio seu domo predicta
discedere, nisi solutis dictis debito, et expensis, vel nisi fuerit
et qui suo creditori placuerit. Et qui contrafecerit,
in decem libris denariorum qualibet puniatur. Et nichilominus iterum

capiatur et detineatur et capi et detineri possit sine no-
ne petitionis porrectione et novi salarii solutione ad sui
creditoris voluntatem. ¶ Quam penam decem librarum solvere
non teneatur si ad compositionem cum creditore fuerit
in concordia de quo stetur verbo ipsius creditoris. ¶ Et
qui ydonee voluerit satisdare de stando in palatio
non mictatur ad carcerem pro ipso pecunie debito. ¶ Item
si aliquis post accusata ab aliquo de introitu tenute
vel quod non venerit ad districta sive quod fecerit contra
citationem et preceptum sibi factum per baiulum comunis Tuder-
ti maioris Judicis concordaverit cum creditore suo ad compo-
sitionem seu ... de eo de predictis ~~accusationibus~~ vel aliquo
predictorum ad ipsam penam non teneatur. ¶ Preterea
si quis accusatus ab aliquo suo creditore quod non venerit
ad districta vel exiverit palatium vel de introitu
tenute deposuerit et consignaverit in presentia Judicis
maioris apud aliquem mercatorem ydoneum vel campsorem
totum debitum et expensas vel per eum non steterit quin ipsum
debitum et expensas creditor habuerit et receperit et de
ipsis depositum fecerit cum solutionis faciende ipsi suo
creditori a die accusationis predicte usque ad unum mensem
ad penam aliquam minime teneatur non obstante quod ipse
creditor ipsam pecuniam recipere noluerit. Et non obstante
in predictis vel aliquo predictorum statuto vel ordinamento
aliquo comunis Tuderti quod in contrarium loquatur. ¶ Et
quod proponatur in consilio generali per dominum potestatem quid
placet ipsi consilio providere de concedendo una domum pro
debitoribus detinendis pro debito.

f (3) Quod debitores cogantur elapsis decem diebus et quod
conductus non possit in palatio detineri. Rubrica xxiiij.

xliij Hoc statuto sancitum est quod quilibet iudex causarum civilium comunis Tuderti
~~de quibus non appareret instrumentum~~ post
decem dies a die late sententie vel precepti seu debiti decla-
rati possit ~~et debeat debitorem~~ facere detineri et
ad solvendum compelli ~~plus et realiter~~ ad voluntatem tal

pro eo sive per suum processorem ipsa die ipsius late sententie sive precepti sui vel debiti declarati in dicto detendo minime computata. Et si de tali debito non appareret instrumentum possit et debeat talis quem talis sententia lata fuerit seu tale preceptum factum aut tale debitum declaratum.

ARCHIVIO-BIBLIOTECA COMUNALE TODI

103v

sui creditoris / ac si foret eidem ex contractu obligatus. Dum
modo talis debitor / ante quam ad ipsam executionem contra eum
vel eius bona perveniatur / primo citetur in scriptis per cedulam. Et aliter factum / non valeat ipso iure.

Et hec intelligantur de maribus. Femine autem non
possint dicto de causa vel aliqua causa / in palatio detineri /
set in alio loco congruo et honesto deputando per iudicem.

Et si pro muliere aliqua debitrice vellet eius maritus vel
filius stare detentus / ipsa mulier nullatenus possit vel de
beat pro ipso debito pluries detineri. non obstante statuto vel
ordinamento aliquo communis Tuderti in contrarium loquentis.
Qua executione iusta forma premissa fiat / videlicet iam diebus iuridicis / quam in feriatis ex
ceptis vel dumtaxat / que ad honorem dei fuerunt feriati / per formam iuris / seu statutorum dicti communis.

De Bervariis credentiis / et ipsorum salario — Rubrica — XXXVII.

Elimi

Item statuimus quod Potestas et Capitaneus / et eorum iudices / vel collaterales
et quilibet eorum / teneantur vinculo iuramenti / et sub
pena ducentarum librarum / in omnibus et singulis casibus per
formam statutorum sive ordinamentorum communis Tuderti premissis / exhibere
et concedere berovarios omnibus creditoribus / pro eorum debitoribus
capiendis. / soluto tamen prius per eos salario debito camerario
camere communis ~~Tud.~~ Tuderti. Quod locum habeat in executionibus fien
dis vigore alicuius instrumenti in quo preceptum guarentigie
contineatur. Et quod cum ipsi berovarii ceperint aliquem de
bitorem in palatio communis ~~Tud.~~ Tuderti. habeant duodecim denarios pro quolibet
ipsorum berovariorum. Si non in platea / vel alibi / infra civitatem
Tuderti. duos. solidos. Et si extra ipsam civitatem / et
a senatus. infra. tres solidos. Et a senatus extra / quinque solidos.
pro quolibet ipsorum berovariorum. Et plus petere seu recipere non
possint nec debeant ullo modo. Et quod dicti potestas /
et Capitaneus teneantur mittere suos berovarios / et equites /
in comitatu Tuderti ad petitionem talium creditorum / contra tales ipsorum
debitores / hostenso prius primo instrumento contra tales debitores
guarentigia continente. et soluto dicti salarii per eos dicto
camerario prius facta. Et habeat et habere debeat quilibet
de dictis equitibus a tali creditore / octo solidos pro quolibet
die. / Et quilibet de dictis berovariis tres / sive quinque

soldos pro quolibet corpore et quolibet die, sine distinctione
promissam. Quas expensas [tal] debitor tali creditori reficere
integraliter teneatur.

Qualiter sententie precepta et landa executori mandentur
et per ipsos executores rei citentur — Rubrica — xl.

Item statuimus quod omnes et singuli iudices curie communis
Tuders. teneantur executori mandare omnia precepta, sen
tentias et declarationes a se ipsis factas vel a suis processo
ribus vel aliquo eorum, et etiam landa et arbitramenta. Ita
tamen quod antequam ad dictam executionem procedat, fiat citatio
rei in scriptis per cedulam. Et si aliter fieret, non valeat.
Et predicta fieri possint diebus utilibus et feriatis, diebus
feriatis ad honorem dei pro festivitatibus communis, sine statutis
communis Tuders. dumtaxat exceptis.

F

De pena non exigenda a debitore, nisi certa forma
servata — Rubrica — xli.

xli

Item statuimus quod si aliquis promiserit aliquid alicui dare
certum terminum, sub certa pena, et ipsam ei in
ipso termino non dederit [tradiderit sive restituerit], ut promiserat, non eo magis eo
ad dictam penam solvendam urgeri possit, si post ipsum terminum tale suam promissionem
[id] terminum ei dare paratus sit cum effectu. Et hoc
intelligatur in pecuniariis debitis, et contractibus.
In contractibus vero in quibus aliquid faciendum vel non fa
ciendum alicui per aliquem promiserit, sub certa pena,
et talis promissor in ipsa sua promissione fienda et adim
plenda contumax seu morosus extiterit vel esse ceperit,
eo casu facta sibi protestatione per illum cui talis promissi
one fecerat personaliter, vel ad domum ipsius habitationis,
de tali promissione sibi [pro] fienda et adimplenda, vel
de non veniendo vel faciendo ulterius contra ea. Talis
promissor, si in ipsa sua contumacia seu mora [postea] perseveraverit

Marginal notes:

pecunie quantitate, vel rem aliquid dare vel tradere, vel restituere, ad

promisserit, non pena talis promissor ad ipsam penam sol vendam possit compelli coqi

terminum, tale suam promissionem cum effectu paratus sit adimplere, cum refectione totius expensarum quas creditor propterea fecerit... Ceteris vero aliqd

per aliquem de sua familia legitime etatis et sane mentis

usque ad mensem, a die talis protestationis facte ut dictum est in antea computandum, teneatur et cum effectu conveniri possit ad penam predictam tali suo creditori solvendam. Nec ad ipsam sua mora et contumacia purgendam post dictum mensem ulterius admictatur. Et hec trahantur ad futura ~~et~~ ad preterita nondum sopita ~~adhuc pendentia~~.

De contractibus filiorum familias, et emancipatorum — Rubrica — xlv.

xlviii Item statuimus quod nullus filius familias, absque consensu sui patris, vel avi, sub cuius potestate esset, possit per stipulationem, pactum, sive pollicitationem, vel alienguo genere contractum, sive distractum, se ipsum vel sua bona ullatenus obligare, sive alienare. Et si secus fecerit, non teneatur ipso iure, adeo quod nec ipse, nec eius pater vel avus, ~~sub cuius esset potestate~~, nec eius fideiussor, vel quivis alius, dicta de causa vel occasione, nec ipsorum vel alicuius eorum bona presentia vel futura, in aliquo teneri, obligari, vel inquietari possint, nec ex inde vel ob inde, ius aliquod in agendo, excipiendo, ~~vel~~ retinendo, vel compensando, vel aliquomodo, ~~propterea~~ alteri acquiratur. Ceterum si talis filius familias, tunc temporis mercaturam aliquam sive artem vel artificium alicuius mercationis, sive mercimonii publice exerceret, et in ipsa mercatura, vel arte, seu in hiis que ad ipsam mercaturam vel artem pertineret, aliquid gereret contrahendo vel distrahendo, seu se vel sua bona quolibet obligando, eo casu tamquam pater familias et homo sui iuris, tam pleniter quod realiter efficaciter obliget, ac possit effectualiter conveniri, non obstante, quod talis sui patris vel avi in predictis non intervenerit auctoritas, vel consensus. Nec non, talis eius pater vel avus, vigore talis contractus sive obligationis, conveniri possit a tali creditore, usque in summam et quantitatem legitime, iure nature contingentem ipsi suo filio vel nepoti, de bonis vel in bonis eiusdem, habita consideratione ad ipsa bona que idem suus pater sive avus habet tempore quo dicta de causa sive occasione conveniretur. Nisi ipse pater vel avus tali contractui vel obligationi expressim contradixisset. Vel nisi cum

talem contractum vel obligationem publice banniri et preconizari fecisset per publicum preconem et banitorem comunis Tuderti per civitatem Tuderti, quod nullus contrahat vel mercet cum tali suo filio vel nepote, de quo constet per publicum instrumentum per eundem patrem vel avum exhibitum infra octo dies a die ipsius bannimenti facti in antea computandos, consulibus talis artis vel mercantie quam idem suus filius sive nepos publice exercet. Salva semper contra ipsum patrem vel avum actione de in rem verso, si et quatenus de iure competeret ~~quolibet casuum predictorum~~, cui per presens capitulum non ~~non~~ intelligatur in aliquo derogatum. Si autem quis emancipatus fuerit a suo patre vel avo in cuius potestate subiacebat, et deinde cum alio contrahat vel quoquomodo se obliget, eo casu talis eius pater vel avus a quo emancipatus fuerat, dicta de causa sive actione non possit in aliquo conveniri, dummodo tempore dicte emancipationis vel postea dicto suo filio vel nepoti de suis bonis contulerit tantum quantum sibi de dictis vel in dictis bonis iure dicte legitime competebat vel competere poterat, habito respectu ad bona que idem suus pater sive avus habebat tempore quo dicta de causa sive actione convenitur. Alioquin idem pater vel avus usque in supplementum dicte legitime conveniri dicta de causa valeat cum effectu, nisi premissa eius contradictio sive bannimentum predictum et alia supradicta sollempnia per eius partem fuerint observata. Ita tamen quod totum et quicquid vel quod ipse pater vel avus ~~in aliquo dictorum~~ in aliquo dictorum casuum dicta de causa vel actione solverit, eidem suo filio vel nepoti in dicta sua legitima portione seu eius supplemento possit et debeat computari. Et ne circa obtinere volumus perpetua roboris firmitate, statuto contrario, vel aliquo alio loquente in contrarium non obstante, quibus omnibus per presens capitulum derogetur.

Quod contractus sive distractus facti cum minoribus non valeant. Et de pena notarii scribentis. — Rubrica — xlvj^a.

Contractus et distractus cum minore viginti annorum factus sine sui patris vel curatoris auctoritate et consensu,

[Left margin: ipsa die dicti bannimenti sui pro la[?] maioris in dictis ... dierum nunc computata]

[Right margin: in quolibet dictorum casuum]

[Right margin: Require al capitulum ... de ...]

ARCHIVIO-BIBLIOTECA COMUNALE TODI

105v

sit ipso iure nullus, et ex eo nullum ius fiat, capitulo contrario non obstante. Et notarius qui talis contractus instrumentum confecerit in libris decem condempnetur. Et totidem qui ipso instrumento utetur vel eius pretextu aliquid petet.

Ut petentes legata et dotes intelligantur sine salario et de modo procedendi in petitionibus ipsis. Rubrica. XX.

Item statuimus quod potestas et capitaneus civitatis Tuderti et eorum judices teneantur defendere et manutenere mulieres nuptas et viduas in suis dotibus, et in hiis que sibi a suis quondam viris in suis testamentis, sive aliis ultimis voluntatibus relicta fuissent, si a suis filiis vel alia persona molestarentur in predictis vel aliquo predictorum. Et quod tales mulieres audiantur sine salario in repetendis suis dotibus, et meliorantamento monete ipsarum dotium. Et quod vir qui pro sua uxore dotis promissione ab aliqua persona recepit, et quilibet alius qui huiusmodi promissione recepit, in ipsis dotibus petendis et exigendis, similiter sine salario audiant. Necnon et etiam qui aliquid sibi legatum sive relictum in quacumque alicuius ultima voluntate petierit, similiter sine salario audiantur. Et quod judex coram quo de meliorantamento monete ipsarum dotium questio vertetur, teneatur et debeat dictam questionem ad petitionem cuiuslibet partium, consulibus mercatorum pannorum novorum de lana civitatis Tuderti committere. Qui consules per eorum iuramentum, prius ab eis super predictis corporaliter prestitum, dicere, exprimere et declarare teneantur quanta fuit maior bonitas, sive maius melioramentum monete que expendebatur in civitate Tuderti tempore solutionis talis dotis, quam bonitas monete eius que tempore ipsius mote litis expendebatur in civitate predicta. Et secundum ipsorum omnium, seu maioris partis ipsorum declarationem et dictum, quem et quod in casu predicto pro plena et legitima probatione habeatur, tale meliorantamentum

Pendet

ad civilia deputati

MCCCXLVII die VIII Ianuarii in scrutinio fuit commissum per dominos ad bussulas et pallottas, cassum fuit hoc capitulum ... , non obstante ... XVIII de stilo.

Postea remisso per ... ad bussulas et pallottas, dictum capitulum obtentum fuit per XVIII de sic, non obstante IIII de non, ...

eiusmodi

integralit solui et restitui debeat una cum dote pdca.
Que ne locum habeant tam in dotibus in futurum constitue
ndis. quam etiam in iam constitutis, que nondum fuerint resti
tute. / Et tam soluto matrimonio, quam eo durante
in quolibet casu in quo secundum formam iuris, seu statutorum
com. ~~Tuderti~~. locus esset restitutioni seu consignationi vel reconsignationi
ipsius dotis. Et super predictis cognoscendis, diffi
niendis et exequendis, procedi possit et debeat ~~per~~
~~ipsum Judicem~~, breviter, summarie et de plano, ac sine
strepitu, et figura Judicij. ~~et omnibus diebus tam~~
~~iuridicis quam feriatis, diebus feriatis ad honorem~~
~~dei duntaxat exceptis~~. Quia vero anime hominum
ceteris rebus sint preferende, hac lege iubemus, quod
Judices civitatis dei com. ~~Tuderti~~ ad curiam deputatos, pos
sint et debeant audiri executores testamentorum, et aliarum
ultimarum voluntatum defunctorum, et eorum procuratores, in pe
tendis et exigendis omnibus et singulis legatis et fi
deicommissis relictis ad piam causam, ~~pro eis~~ distribu
endis, solvendis, et erogandis, iuxta pia dispositionem
talium defunctorum. Et in predictis exequendis, dicti exe
cutores, et eorum procuratores agere possint tam contra heredes
talium defunctorum, quam contra quoscumque alios ab ipsis defunctis
gravatos, ad talia legata sive fideicommissa prestanda,
ac et contra hereditarios debitores, hereditarijs actoribus heredibus talium defunctorum
competentibus contra eos. In quibus casibus, et quolibet eorum,
predicti executores, et eorum procuratores, pro veris, iustis, et legic
timis actoribus et petitoribus habeantur, ~~et~~ proinde ac si eisdem
in talibus testamentis et ultimis voluntatibus, ad predicta
pro tales defunctos petenda et exigenda specialiter et expressim talis auctoritas et
potestas concessa fuisset. Et super predictis procedatur
et procedi possit breviter, summarie, et de plano, et sine
strepitu et figura iudicij. ~~Et hoc per in causis et~~
~~super causis litibus et questionibus legatorum ad pias causas~~
~~relictorum vel relinquendorum~~.

f Quod maritus lucretur quartam partem dotis uxoris sue — Rubrica — xlj.

LI Lucretur maritus quartam partem dotis uxoris sue sine filio vel filia ex eo nato vel habita decedentis, quandocumque decedat, postquam eam duxerit ad domum suam vel sue habitationis, de qua quarta parte non possit ullatenus defraudari. Ita tamen quod dictus maritus contribuat in expensis funeralibus dicte sue uxoris pro ipsa quarta parte. Et hoc capitulum locum habeat tam in iam nuptis quam etiam in nupturis.

f Quod mulieri in dote non opponatur exceptio mobilium non assignatorum. — Rubrica — lij.

LII Item statuimus quod si aliqua mulier soluto matrimonio dotem suam ad mobilia communis Tuderti non assignaverit, que esset in casu restitutionis, quod propterea non possit sibi opponi exceptio mobilium non assignatorum. Et si opponeretur, talis opponens non audiatur, set nichilominus ipsum instrumentum dotale debeat executioni mandari per iudices dicti communis civitatis, non obstante aliquo statuto vel ordinamento dicti communis ~~Tuderti~~ in contrarium loquente.

nec audiri possit ut debeat per aliquem rectorem sive officialem dicti communis.

f Qualiter mulieres contrahere possint — Rubrica — liij.

LIII Item statuimus quod nulla mulier ~~virum habens~~ possit contrahere vel distrahere, aut aliquam donationem causa mortis vel inter vivos, seu testamentum, codicillos, vel aliam ultimam voluntatem facere, sine presentia viri sui, et patris, et fratrum carnalium, et filiorum maiorum quactuordecim annis, si predictos habeat. Si

omnino

non patrem vel fratres carnales non haberet, sine presentia

maior. xiiij. annis

sentia duorum [proximiorum suorum] consanguineorum, habitantium in civitate vel
comitatu Tuderti, ~~proximorum~~, simul cum marito talis
mulieris et eius filiis maioribus quactuordecim annis
. si eos habet. adultorum. ¶ Et si maritum non habet, sine pre-
sentia filiorum maiorum quactuordecim annis. ¶ Et si si eos habet.
maritum vel filios non habet, sine presentia patris. si eum habet.
¶ Et si patrem non habet, sine presentia fratrum
. si eos habet carnalium maiorum quactuordecim annis. ¶ Et si pre-
dictos vel aliquem predictorum non habet, sine presentia
dictorum duorum [suorum] consanguineorum. ¶ Et si aliter fecerit,
non valeat nec teneat ipso iure. ¶ Declarantes
quod ubicumque hoc capitulum loquitur de consanguineis, intelli-
gatur de proximioribus consanguineis ex linea paterna
usque in tertium gradum inclusive, si ex [ipsa] linea paterna
ipsos habuerit. Si non ex linea paterna mulier aliter
talis consanguineos non habuerit, intelligatur de con-
sanguineis ex linea materna usque in tertium gradum
~~inclusive, in utroque casu gradus secundum ius canonicum~~
~~computando~~. ¶ Si non talis mulier bis di-
versis diebus et per diversos baiulos ad certa et de-
terminata tempora citari fecerit predictos, quorum presen-
tia requiritur, ut supra distinctum est, de mandato
alicuius iudicis curie communis Tuderti, personaliter vel ad domum eorum
sue habitationis, si in civitate vel comitatu Tuderti habitave-
rint. ¶ Seu si ipsa mulier vel eius legitimus procura-
tor nomine notificaverit personaliter predictis quorum pre-
sentia requiritur, ut promictitur, se velle contrahere, distra-
here, donare, testari, codicillari, vel aliam ultimam
voluntatem condere, Et cum quo vel quibus contrahere vel
distrahere velit, seu quid et cui donare velit, et
cuius conditionis seu speciei contractum vel distractum, et in
quo loco, et qua die et hora facere velit. Et
predicti taliter moniti venerint in aliquo de dictis

ARCHIVIO - BIBLIOTECA COMUNALE - TODI

terminis possit tunc talis mulier predicta facere, sic ut sibi pro forma iuris seu statuti com. dicti ~~Tuderti~~ videbitur. ¶ Si vero aliqua ex predictis supra declaratis dicta mulier non habet in civitate vel comitatu Tuderti, seu si habet, et non venerit in aliquo de dictis terminis, extunc possit talis mulier in ultimo de dictis terminis, seu etiam infra tres dies postea subsequentes, predicta libere facere ad beneplacitum suum, prout ut sibi licet pro forma iuris seu statuti com. dicti ~~Tuderti~~. ¶ Hoc intellecto quod ea que supra dicta sunt de personis quarum presentia in casibus predictis requiritur, non habeant locum in religiosis ut feminis. ¶ Liceat tamen cuilibet mulieri sine alicuius presentia vel requisitione, in sua ultima voluntate, de bonis suis ad pias causas relinquere usque in summam seu valorem viginti quinque librarum cortonensium, omnibus relictis huiusmodi cumulatis. ¶ Item obligent et obligare se possint sine publico Instrumento mulieres infrascripte usque in viginti quinque libr. cort. sine presentia seu requisitione alicuius predictorum, videlicet illa mulier que exercet artem seu ministerium texendi seu vendendi vel lavandi pannos, ¶ Et panifacula ¶ Triccola ¶ et alie huius similes, in ipsis suis artibus et ministeriis, et occasione ipsarum artium sine ministeriorum, vel alicuius eorum, et non aliter. ¶ Liceat etiam mulieribus constituere procuratorem et actorem ad lites et causas, et ad requisitionem et notificationem de quibus supra fit mentio faciendas, sic eis placuerit, non obstante quod predicti vel aliquis predictorum ad actus huiusmodi requisiti seu presentes non erunt. ¶ Et presens capitulum ~~est~~ ceteris aliis statutis sive ordinamentis com. dicti ~~Tuderti~~ in contrarium loquentibus, volumus prevalere.

inclusive.

+

De prescriptione viginti quinque annorum. Et quod in dotibus locum non habeat — Rubrica — L.

xlvij Item statuimus quod quicumque steterit per viginti quinque
annos quod de pecunia vel re alia sibi debita litem
vel questionem aliquam non moverit in iudicio vel extra, nec
partem aliquam ipsius debiti vel aliquid pro eo vel eius nomine
receperit, quod post dictum tempus contra talem debitorem
sive ipsius heredes vel eius bona, pretextu vel vigore
talis debiti nil petere possit. Et procedat tam in fu
turis quam etiam in preteritis nondum sopitis sed adhuc
pendentibus, vendicet sibi locum, non obstantibus aliquibus
statutis comunis Tuderti, et maxime statuto guarenti
tie, sive iure comuni, canonico vel civili, in contrarium
loquentibus, quibus omnibus et singulis, cum utilitate pensata
nobis videatur, per presens capitulum derogari. Ita tamen
quod presens capitulum locum non habeat in dotibus et iuribus
dotalibus.

f De divisionibus et iudiciis divisoriis — Rubrica xxj.

xlviij Teneantur potestas et capitaneus et eorum iudices ad
civilia deputati, et quilibet eorum qui inde fuerit
requisitus, breviter, summarie et de plano et sine
strepitu et figura iudicii, cognoscere de omnibus
divisionibus et iudiciis divisoriis. Et ipsam litem
et questionem infra unum mensem continuum, a die porrecte
petitionis computandum, per suam sententiam diffinire, ipsa die
porrecte petitionis in dicto termino minime computata.
Et ipsam divisionem fieri facere cum effectu.
Nisi iusta et legitima obstaret exceptio. Ad
quam divisionem hoc modo procedatur, videlicet quod ad pe
titionem provocantis ipse potestas, capitaneus, sive
iudex coram quo talis questio verteretur, citari faciat partem
provocatam. Et per utramque partem eligi faciat unum
prudentem virum vel plures ex amicis comunibus, qui ipsam
divisionem eque et iuste faciat seu faciant.

ARCHIVIO BIBLIOTECA COMUNALE TODI

Et si aliqua ipsarum partium, talem vel tales divisorem
seu divisores eligere neglexerit, seu contenderit, cogat
ipsam partem omnibus iuris remediis opportunis, ad ipsam electionem
faciendam. Et si omnino esset contumax, puniatur in centum
solidis cortonensium. Et nichilominus ad dictam divisionem procedatur
per unum vel plures eligendum vel eligendos ad ipsam divisionem
faciendam, per ipsum potestatem, capitaneum sive iudicem, coram
quo vel predictum, talis quaestio verteretur. Que divisio
fiat et fieri debeat bona fide, et utiliori modo quo fieri
poterit. Et ea facta, pars quelibet teneatur partem
sibi assignatam recipere et acceptare. Et si recusaverit,
puniatur in centum solidis. Et nichilominus ipsa divisio
firma maneat. Ceterum, siquis haberet rem communem
cum aliquo, et iuxta ipsam rem haberet propriam, debeat habere
partem ipsius rei communis, iuxta rem ipsam propriam habitam semper ratione
meliorationis et restaurationis, ut qualitas rei exigerit.
Siquis non suo et alterius nomine rem aliquam emerit, vel alio
modo acquisiverit, non possit a tali suo consorte ad eius divisionem
compelli, nisi primo ei satisfaciat de eo et toto eo quod
eius nomine solvisset pro tali emptione sive acquisitione seu eius
occasione. Questiones vero divisionis, de quibuscumque
bonis existentes, vel que oriuntur inter fratres seu nepotes carnales,
aut alios coniunctos usque in secundum gradum consanguinitatis
inclusive, breviter, summarie, et de plano,
et sine strepitu et figura iudicii, cognoscantur et decidantur
per duos bonos viros consanguineos utriusque partis, eligendos per partes. Quam electionem fieri faciat potestas et
capitaneus, et eorum iudices, et quilibet eorum qui inde fuerit
requisitus. Et tales electi, ipsam divisionem facere debeant infra decem dies, a die electionis de ipsis facte, et
eorum sic computandos, ipsa die dicte electionis in dicto termino
minime computata, ad penam centum solidorum pro quolibet eorum
contrafaciente. Et nichilominus, elapsis ipsis decem diebus,
si dictam divisionem non fecerint, per ipsum possint et debeant
compelli et in palatio detineri usque quo ipsam divisionem fecerint.
Item siquis procurator fuerit ad divisionem alicuius rei, et
fraudulenter sive temere negaverit talem procurationem in re tali
coronam habere, et deinde talis procurator de ipsa corone probaverit, puniatur talis procurator, de tali sua negatione in libris decem cortonensium.

(margin, left) procedatur per
(margin, right) alicuius rei

et fraudulenter sive temere negaverit tale provocatorem in te
tali coronem habere, et deinde talis provocatus de ipsa corone proba
verit, puniatur talis provocatus de tali sua negatione in sol
dere centum.

De dapnis datis per modum guasti et incendii emendandis. Rubrica. xxxij.

Ad hoc ut guastatores et incendiarii publice vel occulte
dapnum inferre non audeant, et ut homines castrorum et
villarum comitatus Tuderti in quibus sive in quorum vel quarum tenimentis
sive confinia, dapna talia inferri contigerit, ipsos malefac
tores persequantur sollicite, statutum et ordinatum est
quod si dapnum per modum guasti vel incendii in aliquo castro vel
villa comitatus predicti, sive in tenimento vel confinia ipsius castri
vel ville, fuerit alicui persone Tudertine per malivolos proditores
sive odiosos studiose illatum publice vel occulte, in aliqua
sua re vel ad se pertinente. Committentes tale male
ficium potestatis vel capitanei civitatis Tuderti arbitrio *(in ipsa causa conspectis)*
puniantur, considerata qualitate talis maleficii et conditione
persone talis malefactoris. Et nichilominus persone taliter lese *(vel malefactor, pendente potestatem sive capitaneum)*
condepnetur ad emendationem integram talis dapni. Si
igitur persona Tudertina in aliquo seu aliquibus de dictis castris vel villis,
sive in alicuius ipsorum vel ipsarum tenimentis seu confinia, tale dapnum
passa fuerit in aliqua sua re vel ad se pertinente, primo et ante
omnia investiget et exquirat de tali malefactore, et
si per se scire non poterit, requirat universitatem talis castri
vel ville, in seu sub cuius tenimento sive confinia tale maleficium fuerit
perpetratum, quod dictis potestati vel capitaneo denuntiet et notifi
cet talem malefactorem. Et si quae talis universitas denun
tiaverit, teneatur dicta persona que tale dapnum illatum est toto suo posse
ius suum persequi contra talem denuntiatum. Et in quo casu, si talem
maleficium eum commisisse constiterit, condepnetur tamen coram Tuderti
que est parti lese, prout superius est expressum. Et deinde
si eius bona sufficiant, maxime ad emendationem predictam, fiat ta
lis condepnationis executio in bonis eisdem. Ceterum si
ipsa bona non sufficerent ad emendationem predictam, seu si de
aliquo certo malefactore non constiterit, eo casu teneatur
comitatus talis castri vel ville, in quo vel qua sive sub cuius tenimento
sive confinia tale dapnum illatum fuerit, ad emendationem *(pro emendatione predicta)*
talis dapni, si eius extimatio fuerit centum solidorum vel ab

ARCHIVIO-BIBLIOTECA COMUNALE TODI

inde infra ¶ Et si fuerit a Centum solidis sup, eo casu tenean(tur) ad d(ic)tam emendationem omnes comitates plebatus infra cui(us) confinia tale dapnum illatum fuerit. ¶ Et qualiter dapnum illatum fuerit, probetur et pro plena probatione habeatur sola ip(s)ius dapni inspectio. ¶ Quod aut(em) tale dapnum datum fuerit studiose, et cum malivolentia, sive odij, probetur per septem testes bone oppinionis et fame deponentes de eorum credulitate, probabili ratione munita, vel de publica fama. ¶ Qua vero probatione, eligant duo homines unus ex parte ip(s)ius comitatis, sive ip(s)arum comitatum, et alius ex parte persone taliter dapnificate, qui veritati extimet et extimare possit dapnum predictum, etiam in minori quantitate quod fuerit ¶ Et, prout extimaverit, a tali comitate, sive a talibus communitatibus emendetur. ¶ Declarantes, quod contra talem malefactorem, simul et eodem contextu, et super uno et eodem libello agi possit criminaliter et civiliter, et per eandem sententiam, idem malefactor possit et debeat per d(ic)tum potestatem seu Capitaneum condempnari, non obstante iure aliquo, quod in contrarium loqueretur. ¶ Ceterum si contra aliqua vel aliquas de dictis comitatibus, per personam taliter dapnificatam, seu per alium eius nomine, pro dicta dapni emendatione ageretur, eo casu Judex maioris curie causarum civilium dicti com(muni)s, contra tale, vel tales communitates, sive comitates procedere possit et debeat breviter, summarie, et de plano, ac sine strepitu, et figura iudicij. ¶ Et tandem in ipsa et sup ipsa causa pronuntiet ac etiam exequatur, prout iustitia suadebit. ¶ Servata in predictis, et circa ea, forma et censura presentis Capituli, et aliorum Capitulorum statutorum dicti com(mun)is, de hac materia loquentium. Et hijs cessantibus, censura et forma iuris com(mun)is.

[margin:] deinde

[margin:] sup utroque

[margin:] in casu quo confesso per forma(m) presentis capituli.

Contineat cum correctionibus additionibus suis

De possessionibus nanciscendis. et de modo procedendi in causis legatorum — Rubrica — xxiiij.

Item statuimus quod heredes testamentarii in possessionem bonorum que testator ~~ipse testator seu quicumque possidebat~~ tempore mortis sue mictantur auctoritate sibi prius per eos judicis competentis, hostenso ipso testamento prius et sollempni forma facto, et in sui forma et figura non viciato. Ac vocatis prius nominatim sive agnatis et cognatis talis defuncti qui abintestato ~~per formam statutorum comunis Tuderti ab eius successione non excluderentur~~. Ita tamen quod nulla in contrarium exceptio admictatur, nisi opponeretur de alio magis sollempni et legiptimo testamento. Succedentes et abintestato similiter de licentia judicis competentis, vocatis nominatim aliis agnatis et cognatis quidam talis abintestato defuncte qui per formam statutorum ~~[illegible]~~ iuris comunis a tali eius successione non excluderent ~~[illegible]~~ Hoc intellecto et declarato, quod talis possessio per ipsum judicem minime concedatur predictis qui se heredes esse talis defuncti ex testamento vel abintestato pretendunt, nisi in sua petitione expresserint res quarum possessionem nancisci postulant, que intendunt et declaraverint talem defunctum res ipsas possedisse suo nomine tempore sue mortis. Et quod citationes fiende de talibus agnatis vel cognatis non vitientur, quamvis tales citandi non subiacent iurisdictioni dicti comunis. Et que dicta sunt etiam de heredibus testamentariis locum habeant tam in heredibus directo et principaliter institutis quam in substitutis directo vel per fideicommissum, ~~postquam si [illegible] condictio talis substitutionis evenerit~~. Liceat tamen cuilibet possessori ~~talium rerum vel [illegible] habenti~~ et post dictam

Margin notes:

erunt successuri eidem vel opponitur

[struck: et per eos eidem judici summarie primitus fidem quod tali successione sit potiores secundum formam statutorum dicti comunis seu iuris communis secundum formam quorum ... comunis ac ... aliis observatis ... per formam presentis capituli requiritur.]

vel non res ipse vel aliqua earum seu aliqua earum vel alie earum pro se vel alium possidentur seu possidebantur tempore ... quo cum tali ... debeat ... prout ... capitulo ... in presenti capitulo ...

probaverit successores esse alios et dictis modis asseverit

et in qualibus substitutionibus cum omnibus ... tacita ... bona ... ad que ... successores ... substitutus ... successores ... possiderat tempore sue mortis ... post ... eventum dicti talis substitutionis.

vel earum aliqua res ipsas tempore talis ... possessionis tali ... possidebat

∴ Et per eos eidem judici summarie facta fide, quod ipsi in tali successione sit potiores secundum formam statutorum seu iuris testamenti secundum formam quorum ... comunis ac ... aliis observatis que per formam presentis capituli requiruntur ponere ipsam optineant et ...

ARCHIVIO - BIBLIOTECA COMUNALE TODI

110v

immissione et cessione dicte possessionis / petere ipsi recuperatores et cassationem per ipsum iudicem fieri

quandocumque sibi placuerit infra annum a die dicte immissionis

et cessionis / et ipsius potius / sententie, in aliam computandum. Quo

casu / ille optineat qui potiora iura in tali re docuerit — potiori prediorum / super talibus rebus / seu super

se habere. / Et nichilominus si is qui talem dictam possessio-

nem adeptus fuerit / succubuerit / eidem victori fructus

per eum de re tali apprehensa perceptos restituere compellatur.

Ad dicta non licentiam impetrandam / ligari nolumus

liberos talium defunctorum. Legatarii autem et possessores — et fideicommissarii

rei sibi per aliquem in sua ultima voluntate legate, vel per fideicommissum relicte

— seu per fideicommissum relicte quem

quam eundem legatarium possidere tempore sue mortis, per iudicem — suis / summarie

competentem ad ipsorum petitionem mictantur / facta fide ipsi

iudici de tali ultima voluntate / et herede talis defuncti pro-

ut ipsius vocato. Et quod predicte probationes et quelibet

— alia probatio opposita vel obiecta ad talem personam, comprehensa in capitulo [et] adiecte legitime opponente.

fieri possit etiam lite non contestata / et presente

seu in absentia et contumacia partis adverse. Et

quod nullus opponere possit vel allegare contra predictam vel aliquid predictorum

quod talis defuncta persona excommunicata fuerit / — Nec tale opponendo vel allegando aliquis audiatur ... tale excommunicatione opposita vel allegata predicta talis non obstante. — et debeat

Preterea volumus — vel fideicommissariorum / aut successorum ipsorum / successorum

quod ad petitionem legatariorum ipsorum

seu executorum ipsius ultime voluntatis / heredes ipsi legatis seu per fideicommissum — aliquid relictis

seu fideicommittentis

et quivis alius ab ipso legitime gravatus cogi

possint realiter et personaliter ad ipsum legatum vel fideicommissum prestandum / solvendum — seu fideicommittentis

et adimplendum / iuxta dispositionem talis legatarii / proinde

ac si tales heredes / vel alius sic gravatus foret ad id tali legatario seu fideicommissario

ex instrumento guarentigiato efficaciter obligatus. Et quod

dicte cause legatorum et fideicommissorum per ipsum iudicem a die petitionis

porrecte infra unum mensem extunc proxime subsequentem possint et

debeant terminari. In rebus vero dotalibus / vel ex — in quibus agentes seu

presse et specialiter a possessore pro dotibus obligatis / in casu — petentes steterint, vel non

solvende / restituende vel reassignande dotis / vero posses- — per unquam pretium tale

sore vocato / ostenso prius instrumento / per iudicem viro / vel — termino fuerit prorogatus.

mulieri / vel eius heredi cui ipsa dos reddenda / restituenda

vel reassignata fuit, rei predicte dotalis, vel alterius rei
sic ut premittitur obligate, possessio concedatur. Ita
tamen, quod in predictis casibus vel aliquo eorum, talis possessio-
nis concessio, et apprehensio, nullum ius vel dominium in
petitorio iudicio, sive circa ipsius rei proprietatem tali
possessori afferat, seu alteri preiudicium aliquod inferat
vel gravamen. Nullus et cuiuscumque licentiam et
potestatem habeat etiam per publicum instrumentum a vero et legitimo
possessore alicuius rei, de ipsius rei possessione sua
auctoritate apprehendenda et optinenda, in casu quo ante eam
concessio possit vel debeat ipsam possessionem sua auctoritate
apprehendere, si tunc talis res per alium possideretur.
~~licentia apud alium ex priori, sed ipsam possessionem~~
~~est per iudicem competentem, ipso possessore vocato, dicta licen-~~
~~tia que ad talis novum possessorio preiudicium, non obstante.~~
Sed si adhuc ipsa possessio resideat apud illum qui
sibi huiusmodi licentiam concessisset, eo casu licite et
impune talis cui huiusmodi licentia concessa fuisset, ipsam
possessionem sua auctoritate apprehendere valeat et tenere.
nulla alia ~~in hoc casu~~ exquisita ~~nova~~ licentia ab aliquo iudice
vel ~~apparuisset ipso etiam invito, et nullo in contrarium.~~ Pre-
~~terea~~ nullus iudex seu officialis ~~communis~~ det vel con-
cedat alicui licentiam apprehendendi possessionem sive te-
nutam alicuius rei, nisi legitime citato eo qui tunc ipsam
tenet vel possidet, et ~~ipso gravamine/ exquisito~~ Nisi
~~utraque parte presente examinato negotio~~, iustum fuerit
~~licentiam talem concedi~~. Et qui contrafecerit, in libris
quinquaginta vice qualibet puniatur. Et nichilominus talis
licentia, et quod ex vigore vel pretextu secutum est, ipso iure
sit nulla, et de facto per eundem iudicem penitus revocetur. ad pet(itionem) cuiuslibet cui interfuerit.
Et quod per predictam citationem ut dictum est, citari debeat
in quolibet casuum predictorum, sub suis expressis et specifica-
tis nominibus et prenominibus. Et citari debeat, teneat ad minus / ap(ud) domum ipsorum solite habitationis
cum intervallo saltem duorum dierum inter unam citationem et aliam.

Qua licentia tam cum homini quibus postulati concedi non licuit, ab aliquibus iudicibus competenti. In aliis autem casibus decernimus et mandamus quod

aliis pactis conventionibus legitimis que et prout per formam statuti predictorum seu hiis cessantibus per formam et censura iuris communis requiritur.

saltem semel pluries seu

ARCHIVIO BIBLIOTECA COMUNALE

Et si secus factum fuerit, possessionis predicte concessio, et apprehensio inde secuta, ipso iure sint nulle. Et si tales per sic citatos non comparuerint, set contumaces fuerint, sufficiat eos in actibus singulis subsequentibus necessariis semel tantum citari personaliter vel ad domum habitationis. Si non in termino aliquo predictarum citationum tales per seu alia quorum interest, comparuerit coram ipso iudice detur eis copia petitionis predicte. Et illo termino quo [margin: subsequitur ad ulteriora ipsi causa procedatur prout debitum statutorum forma et causa seu iuris ordo ipsius causarum postea et ipsa iuris ordo requirit. Et tamen ille optineat qui potiora iura ostenderit sic habere ut supra dictum est.] petenda iura hostenderit. Si autem in aliquo dictorum terminorum nulla de predictis personis citatis, vel alius legiptime contra dictorum comparuit, ipsa possessio tali postulanti per ipsum iudicem concedatur, nec ab eo postea, nisi causa cognita, auferatur. Et quod in dictis et supradictis litibus et causis procedatur et procedi possit et debeat in diebus iuridicis, quam in feriatis, illis dumtaxat exceptis, qui ad dei honorem fuerint feriati per formam statuti dicte civitatis seu per formam iuris communis breviter, sumarie, et de plano, ac sine strepitu, et figura iudicii. Et quod in quolibet dictorum casuum victus victori in expensis legitimis ipsius cause condempnetur. Preterea volumus quod si in aliquo dictorum casuum producentur aliqua instrumenta testamentorum, vel aliarum ultimarum voluntatum, seu aliquorum contractuum, que scripta viderentur per notarium forensem, de quibus inter partes suspicio et dubitatio oriretur, quod ad ea comprobanda, verificanda et legitimanda, liceat ipsi producenti rogatores et protocolla talis notarii qui ea scripsisset, coram ipso iudice exhibere, ut ad legitimandum talibus instrumentis fidem imponere [margin: prout per formam statutorum dicte civitatis seu per formam iuris contineri.] Et aliter talibus instrumentis si in dubium ut premittitur, revocentur, fidem nullatenus habeant.

[margin: edita de testamentis tantum.]

[F] Quod filie femine, superstite masculo, non succedant ab intestato. Et qualiter tunc dotentur — Rubrica — xxxviii.

[Lui] Item statuimus quod nulla filia, neptis, proneptis, sive abneptis alicuius intestati per ascendentem, de cuius successione post

~~cuius morte tractaret~~ / nec aliqua persona cuiuscumque sexus
sive gradus existat / descendens ex tali defuncta
persona per lineam femininam / succedat vel succedere possit ab
intestato / in aliquo / eius patri / matri / avo / avie / ab intestato defuncto / seu defuncte
proavo / proavie / abavo vel abavie / nec in dicta eius suc
cessione audiat / agendo / vel excipiendo / superstite
talis defuncti alicui predictarum personarum / ~~de cuius predicta successione~~
~~tractaretur~~ / aliquo eius filio legitimo et naturali / seu ali
inferioris gradus quo alio masculo legitimo et naturali / descendente per
lineam masculinam / ex tali persona defuncta / de cuius predicta legiptima et naturalem
successione tractaretur / et ipsam successionem accep
tante / sive eam acceptare volente. ¶ Et si tenu
tam vel possessionem de bonis hereditariis talis persone
defuncte / seu aliquibus vel aliquo ipsorum bonorum vel aliqua
eorum / sive alicuius eorum parte / haberet / ipsam tenutam
sive possessionem relinquere et dimictere teneatur predicto
legitimo successori talis persone defuncte / ad ipsius successo
ris petitionem. ¶ Ita tamen / quod talis filia / sive neptis
~~ex filio talis defuncte persone~~ / et alia quelibet persona
inferioris gradus / descendens ex masculo legitimo
et naturali / descendenti dicta per lineam masculinam / ex ipsa de predicta
functa persona / de cuius successione tractaretur / si do
tata non esset / debeat decenter dotari de bonis
hereditariis talis defuncte persone / per eius successorem
predictum / Considerata condictione sue persone / et qualitate
et quantitate bonorum hereditatis predicte / et etiam de eisdem bonis
alimentari debeat / donec fuerit maritata / et dotes predictas ha
buerit cum effectu. Sive donec monasterium intraverit. ¶ Et quod
~~dictus~~ successor / ad ipsam sic dotandam et alimentandam te
neatur / et cogi possit et debeat cum effectu. ¶ Et pro dictis ali
mentis et dotibus / post mortem talis defuncte persone / et
ex tempore ipsius mortis / etiam dum ipsa vivebat / omnia predicta bona
hereditaria vigore / et auctoritate fictoe presentis ~~capituli~~ / tali mu
lieri obnoxia / et obligata existant. ¶ Ex testamento vero / et
qualibet alia ultima voluntate talis defuncte persone ~~de cuius succe~~
~~ssione tractaretur~~ / succedant et succedere possint et possit quecumque /
~~quecumque~~ persone / et quelibet earum. Et legata / et fideicommissa / et

ARCHIVIO BIBLIOTECA COMUNALE TODI

112v

omne et quod in tali testamento, vel ultima voluntate, eis vel alicui earum relictum fuit, capere et habere possit et possint iuxta tenorem et formam ipsius testamenti, sive ~~alterius~~ ultime voluntatis ~~talis defuncte persone~~. Si aliud de iure vel iuridicum non obsistat. Ita tamen, quod ipse mulieres et quelibet earum quibus vel cui bona talis defuncte persone talia obvenerint, ea sibi computent ~~et computet~~ et computare teneatur in ipsis suis dotibus. Et si aliqua dictarum mulierum dotata fuerit ab aliqua dictarum personarum in eius vita, vel per ipsius ultimam voluntatem, eo casu talis mulier ipsis dotibus sit et esse debeat contenta. Ita quod nichil ultra quantitatem ipsarum, in hereditate, vel de hereditate alicuius dictarum personarum petere valeat, vel habere nisi secundum expressam dispositionem talium personarum. Et si postquam aliqua de predictis personis nupsisset, vidua remansisset, possit ad domum heredis talis defuncte persone redire, et stare, ac de ipsis bonis hereditatis modo predicto alimentari debeat, donec iterum maritetur, vel monasterium intret, dummodo fructus sue dotis quos haberet, vel aliorum suorum bonorum, si aliqua tunc haberet, converti debeat in alimenta predicta. Et insuper volumus statuentes, quod si aliqua de predictis personis de cuius successione tractaretur, in sua ultima voluntate, aliquid alicui de dictis mulieribus reliquerit pro ea dotanda, et postea antequam decesserit eam dotaverit, et deinde non revocata ipsa sua ultima voluntate in parte predicta decesserit, tunc relictum evanescat et evanuisse ipso iure intelligatur, et pro non facto penitus habeatur. Et super et de predictis, et quolibet predictorum si de eis vel eorum aliquo, seu eorum vel alicuius eorum occasione, aliqua lis, questio, vel controversia oriretur ~~vel orta esset~~ possit, teneatur et debeat Iudex maleficiorum communis Tuderti ~~coram quo talis lis questio vel controversia verteretur~~, cognoscere, procedere, determinare, diffinire et exequi, summarie, et de plano, ac sine iudicii strepitu et figura.

f De successionibus ab intestato — novum loco veteris quod erat in quadam reformatione sive statuti.

LV Item statuimus quod si aliqua persona de Civitate vel comitatu Tuderti ab intestato decesserit sine liberis, superstitibus, seu superstite sibi aliquibus seu aliqua persona usque in tertium gradum sue agnationis, inclusive, succedat sibi proximior de dicta sua agnatione. Et hoc intellecto et declarato, quod in dicta successione non habeatur, nec haberi debeat distinctio, seu consideratio vel respectus

an talis proximior coniungebatur talis defuncte persone,
ex utroque parente, sive per lineam utriusque parentis, seu ex uno ut
vero tantum, dummodo ex parte ipsius defuncte persone, seu ex eius
paterna linea saltem eidem coniunctus existat. ¶ ~~Item~~ Preterea volumus
quod nepotes ex fratre carnali dicte talis defuncte persone succedant eidem loco patris eorum et fratris dicte talis
defuncte persone, in stirpes, et non in capita. ¶ Quo frater non superstite dicte
defuncte persone, in sola octava parte bonorum ipsius, dum filii, seu
filie succedat, et succedere possit eidem. Et ipsa octava
parte ~~dicta~~ mat. in dictis casibus contenta sit, nec debeat ~~et adeo~~ quod
nichil amplius iure successionis petere vel habere possit
de hereditate predicta. ¶ Quibus vero non extante, succedat
eidem ab intestato dicta avia sua paterna, in octava predicta. ¶ Et
ei proxima, videlicet mat. aut suis patris avia non, videlicet mat.
matris. Et proxima, videlicet avia matris dicte defuncte persone
seu aliqua persona cognatitia dicte persone eidem, in dicto casu, ad dictam successionem nullatenus admictatur.
Ita tamen, quod in dicta agnatitia prole, non includatur nec in
telligatur includi, aliqua femina, excepta sorore carnali,
sive nepte, videlicet filia fratris carnalis, et amita dicte talis
defuncte persone. Que sole, scilicet soror, neptis, et amita,
in dicta prole agnatitia, et in eius nomine comprehendantur et
comprehendi valeat in casu predicto, si et in quantum in eo casu
tali defuncte persone non supervivat aliquis dictam eius frater carnalis legitimus et naturalis, sive nepos legitimus et naturalis
natus ex fratre carnali dicte talis defuncte persone. Quibus
fratre, et nepote, vel alio eorum extantibus, et supervivientibus, seu extante et superviviente.
Dicte soror, neptis, et amita, talis dicte defuncte persone,
a dicta eius successione repellantur, et ad eam dicti dictam eius frater
et nepos admictantur, et admicti possit. ¶ ~~Et~~ Et si
~~dicta~~ mat. avia, et proavia ~~que ut premictitur~~, in dicta octava
ordine premisso succederet, non extaret succedant nichil
minus, tali defuncte persone eidem proximior de dicta sua agna
titia prole, ut supra expressum est. ¶ Verum si talis persona
~~defuncta~~ decessisset condito testamento, vel alia ultima
voluntate, et ~~ipso~~ in ipso, vel ipsa, quocumque titulo, iure, vel
modo, aliquid reliquerit ipsi sue matri, avie, vel proavie, ~~videlicet~~
~~matri sui patris, vel avie patris~~, eo casu, talis eius mater,
avia, vel pro avia, dicto relicto contenta sit, et esse debeat.
nec ultra, in dicta, vel de dicta hereditate iure successionis
~~possit~~ petere possit.

¶ Qui gradus ~~cognationum~~ intelligantur secundum ius canonicum. Rubrica xxviij. iiij. dr.

Quia in plerisque partibus statutis tam [illegible] de gradibus agnationum, cognationum, seu affinitatum, fit mentio.
et dubitatio fuit prioribus diebus, cum iudicium ipsum an canonici, vel civilis, sit considerada esse in ipsa
sua, et ut plurimum secundum ~~[illegible]~~ opinionem tollere, gradus secundum ius canonicum com
putari, volentes dictam dubitationem declarare, hac lege durante statuendum,
quod ubicumque de gradibus predictis vel aliquo eorum in iure municipali fit mentio, gradus
ipsi secundum ius canonicum ~~debeat~~ computari.

i. ideo casu

quidam ex proavia

minna.

minna.

proavia vel aliqua eorum, que

seu succedere pretermiserit ut dictum est.

in ipsa

aliquo eorum

tamen

Lxij

ARCHIVIO · BIBLIOTECA COMUNALE

De appellationibus interponendis ~~ab interlocutoria~~ in civilibus causis — R(ubrica) xxxiij

R(ubrica)

Cum iudices interdum ob imperitiam, interdum ob iniuriam,
iniquas sententias proferunt, ac alia iniusta gravamina inferunt
litigantibus, ~~quare foret plurima expressio~~ appellandi ~~licentia~~ usus
frequens ac necessarius est effectus, cuius remedio ea iniquitas
et iniquitas iudicum ~~refundatur~~ et tollitur. Ideo statuimus quod in civili causa
lite vel questione, cum diffinitiva sententia ~~promulganda~~ ab aliqua
interlocutoria quam cum lata dominorum potestate, capitaneo, vel ab aliquo
iudice alicuius eorum, seu ab aliquo alio officiale eorum civitatis iuris
dictionem habente, sive ab aliquo gravamine, quod ab aliquo eorum, in ipsa
lite vel questione, vel ea sibi illati proponeret ante ~~apparem~~ dif
finitivam sententiam ~~promulgandam~~, et post quam interlocutoria sive
post quod gravamen, diffinitiva sententia promulgari contingerit, appellare voluit,
possit et sibi liceat coram dominum defensorem et iudicem appellationum ci
vitatis nostre infra tempora infrascripta et sub infrascripta forma
libere appellare. Scilicet ut ipsa die dicte interlocutorie promulgate
vel illati gravaminis appellare possit viva voce et sine
scriptis. Elapsa vero ipsa die, in scriptis tamen et infra tres dies
continuos extunc proxime subsequentes ab ipsa die dicte promulgate
interlocutorie sive illati gravaminis et non scientie compu
tandos. ~~Et~~ ipsa die dicte promulgate interlocutorie appellati
gravaminis de termino dictorum trium dierum vel a tempore computata. In
qua quidem appellatione nullum tale expressio, ut apostolorum petitio
exigatur, nec etiam postea quin eorum ipsorum apostolorum petitio requiratur.
Et dum appellante, ipse potestas, capitaneus, iudex sive officialis
a quo appellaret benigne deferat, nec post ipsam appellationem in
ipsius appellantis preiudicium ipsa appellatione pendente in ipsa lite
questione vel ea quicquam innovet quoquomodo. Et si secus factum
fuerit, ipso iure sit irritum et inane. Quam appellationem
dictus appellator teneat infra dictos tres dies coram dicto domino
defensore et iudice in prima forma producere, et eam quidem dictus
defensor et iudex recipere ~~teneatur~~ et. Et deinde dictus appellator
dicta petitione die proxime subsequenti coram dicto domino defensore
et iudice producere teneatur. Cum appellator ea premissa non
observaverit, ipso facto extunc pro non appellante censeatur et reputetur.
Postea vero ut premittitur, a dicto appellatore observatis et adimpletis,
predictus dominus defensor et iudex partem appellatam citari faciat ad petitionem talis appellantis
per preconem bannitorem eorum civitatis, qui infra primam diem extunc proxime subsequentem,
si ipsa pars appellata fuerit vel habitaverit in civitate nostra,
vel infra secundam si in eius comitatu, coram eo compareat ad accipi
endum copiam dicte appellationis et ad recipiendum copiam dicte petitionis.

[Margin notes: "corrigatur"; "in ipsa et super ipsa lite vel questione lata"; "et admittat tunc subiungat forma dicat si et quatenus de iure sit admittenda et alias non"; "post porrectionem appellationis producere"]

et terminum ad opponendum contra et respondendum eidem petitioni quicquid vellet.

(in dicto termino) Cum differentie ipse dominus defensor et iudex statim faciat dicte petitionis copiam dicto appellatori exhiberi, eidem statuat et assignet terminum unius diei extunc proxime subsequentis ad respondendum ipsi petitioni, et ad opponendum contra ipsam petitionem, scilicet contra dictam appellationem quicquid vellet. Ipsa vero parte appellata in dicto termino non comparente, dictus dominus defensor et iudex eundem terminum dicte parti appellate statim statuat et assignet, eique per nuntium camere dicti comunis notificari faciat de mandato. Si vero ipsa pars appellata in dicto termino coram dicto domino defensore et iudice comparuerit, et exceptiones contra predicta proposuerit, sive quamcumque declinatoriam, seu unam et plures declinatorias exceptiones, et in forma declinatoriarum proponi teneatur (in primo appellationis supplicis). Idem dominus defensor et iudex (sub pena x librarum cortonensium) eas infra duos dies extunc proxime subsequentes examinare et discutere, (ac super eis absque consilio sapientis) pronuntiare (prout iustitia suadebit). Ceteris vero exceptionibus, idem dominus defensor et iudex sibi reservet in diffinitiva, que cum in dicta et super dicta appellationis causa promulganda. Si vero dicta pars appellata in dicto termino eidem ad opponendum et respondendum statuto, ut dictum est, non comparuerit, vel nullam de predictis exceptionibus declinatoriis et contra declinatoriam ut dictum est opposuerit, seu etiam si ipsa pars appellata in dicto termino comparuerit, et aliquas de predictis declinatoriis exceptionibus opposuerit ut predicitur, et in absolutione sententie (si ipse exceptiones in dictos duos dies) ad ipsas discutiendas et decidendas statutos terminate non fuerint, teneantur tam dictus appellator, quam etiam dicta pars appellata, infra tres dies extunc proxime secuturos, coram dicto domino defensore et iudice, omnia acta et iura que habuit in dicta causa appellationis uti voluerint producere, ita tamen quod nulla alia acta, vel iura producere valeat, quam ea que in primo iudicio (tribus) actitata fuerant et producta. Quibus diebus elapsis ad ulteriorem sive aliam productionem nullatenus admictatur. Quam dominus defensor et iudex absque aliqua litis contestatione, coram eo in dicta causa appellationis facienda, dictam causam appellationis infra quinque dies continuos post dictos tres dies proxime subsequentes discutiat et examinet, et postea summarie terminet et decidat, ex actis et iuribus predictis dumtaxat in ipso primo iudicio actitatis atque productis, et coram eo porrectis infra terminum supradictum dictorum trium dierum, absque alicuius consilio sapientis, prout iustitia suadebit, ~~nisi de ipso consilio habendo consensit pars utraque~~ in qua summa, preter sucumbentem parti victrici in expensis unius et legitimis ipsius cause appellationis condempnet. Quibus quinque diebus elapsis instantia dicte cause, si infra ipsos quinque dies ipsa causa decisa et terminata non fuerit per dictum dominum defensorem et iudicem summarie ut supra dictum est, ipso iure intelligatur esse perempta, et appellatio ipsa extunc penitus deserta penitus habeatur, nisi de utriusque partis consensu ante lapsum dictorum quinque dierum fuit ipsa instantia prorogata. Et si dictus appellans in ipsa appellatione succubuerit, amplius appellare non possit ab aliquo

(Ceterum si super ea de consilio sapientis habendo consensit ad causam dicte appellationis dictam causam committat alia parte et causa honoris pro forma statuti de consilio de hac materia loquentis requirat.)

ARCHIVIO-BIBLIOTECA COMUNALE TODI

contra dictum quod postmodum per judicem ipsum principalis processus fieret
super eos vel circa eadem, a quo, vel de quo, sive cuius occasione
ipsa appellatio fuerat interposita per appellatorem eundem, liceat quod
a sententia per dictum dominum defensorem et judicem in dicta et super dicta causa
lata, per aliquem dictarum partium que per ipsam sententiam succubuit, appel-
lari non possit. Preterea volumus statuentes quod omnia suprascripta
tempora dicte appellationis prosequende, destituende, cognoscende, fi-
niende, et terminande currant et esse intelligantur continua, ex-
ceptis dumtaxat diebus sollempnibus et feriatis ad honorem dei
inductis secundum formam juris, seu statutorum civitatis vel comitatus Tuderti. Et nichilominus
et illis quibus idem dominus defensor et judex, ad suum solitum banchum
juris nequaquam ad jus reddendum sedisset. Ita tamen quod inter-
positiones ipsarum appellationum ac earum et dictarum partium productiones
fieri valeant etiam dictis juridicis, quod etiam predictis diebus feriatis
et quod in dictis casibus, omnes et singuli predicti dies, in dicto termino
dictarum interpositionum et productionum continentur et currant, et pro utilibus et
pro juridicis, quo ad ipsas interpositiones et productiones
habeant et reputentur. In causis vero et super causis appellationum
interponendarum decretis aliis interlocutoriis, sive gravaminibus,
liceat utrique parti coram dicto domino defensore et judice, producere tamen
probationes jam factas in primo judicio, et dicta in ipso primo
judicio dictitata, quod etiam alias novas probationes facere, dicere et
novas exceptiones et defensiones proponere infra terminum decem dierum
qui loco termini suprascripti trium dierum ad producendum statuti, dictis
partibus assignamus. Et nichilominus quod dictus dominus defensor et judex,
in causis et super causis huiusmodi, suam sententiam ferat, et ferre
teneatur cum consilio sapientis, si ab eo per alteram partium, vel ipsis petentibus
expensis, ipsum consilium fuerit postulatum. Cetera autem omnia que
in superioribus sunt statuta etiam in causis huiusmodi vendicent sibi
locum. Ceterum si quis ab aliqua diffinitiva sententia quam lata in
aliqua causa civili vel criminali, lite vel alio, per aliquem rectorum vel rectorem judicum
cum suis officialium, appellare voluerit, possit et sibi liceat ad
dictum dominum defensorem et judicem infra dictum, contra tempora ipsa et sub
ipsa forma libere appellare. Et ipsa die qua sententia promulgata, appel-
lare possit viva voce, vel scriptis. Elapsa vero ipsa die, in scriptis
tantum. Et infra decem dies continuos ab ipsa die late sententie, et non
prius antea computandos. In quo termino, dies late sententie minime
comprehendatur. In qua quidem appellatione ipse appellator nullam causam exprimere
teneatur, et si quam vel si quas expresserit. Nichilominus ex alia vel aliis
causis in ipsa appellatione non expressis, appellationem ipsam justificare et corroborare
valeat in omni processu et tenere tempore dicte appellationis interponende,
vel postea quandocumque infra dictum terminum, sive postea, dummodo

Non obstante juris aliqua (?) [illegible]
contrarium loquentis, et opposito vel
allegato in contrarium facta nullatenus
admictatur vel audiatur parti
per judicem vel officiales dicti comitatus.
Et etiam alicui eorum admic-
tatur vel audiri valeat quo-
quo modo.

omnibus et singulis

et pro utilibus et

cum

de ipse — DCxxx

de termino — xxxii.

ut libellos commissionis petere, nec tamen propterea appellationem ipsam intelligat
deseruisse, seu quin suo preiudicium aliquod irrogasse. Et idem
appellatorem habet dictos [illegible] judicium et officialium, et etiam
diffinitivam sententiam protulisset, benigne et patienter audiat, nec
ipsa pendente, grauamen in ipsa principali lite, ut ea innouet
in aliquo ipsius appellantis preiudicium vel grauamen, et si secus
factum fuit, ipso jure sit nulla. Quam appellationem teneatur
dictus appellator infra dictos x dies coram dicto judice appellationum
in publica forma producere, et eam dictus judex appellationum recipere et admittere
teneatur. Et deinde dictus appellator siue libellum siue petitionem
infra duos dies continuos post productionem appellationis [illegible] ipsa
die productionis dicte appellationis in dictis duobus diebus minime com
putata, coram eodem judice appellationis porrigere teneatur. Quod
si dictus appellator predicta omnia non obseruauit, extunc ipso jure, ipsa
appellatio censeatur deserta. Et nichilominus ad petitionem appellati, vel
appellato in contumacia [illegible], per eundem appellationis judicem pronuntietur. Pre
missis non ut ponitur per eundem appellatorem obseruatis et comple
tis, dictus judex appellationum citari faciat partem appellatam per publicum bannitum
dicti comunis, ut infra primam diem utilem extunc proxime subsequentem,
si ipsa pars appellata fuit vel habitauit in dicta ciuitate vel
infra secundam si in comitatu, coram ipso judice appellationum compareat,
ad recipiendam copiam dicte appellationis, et recipiendam copiam dicti libelli
siue petitionis, et terminum ad opponendum contra, et ad respondendum dicto
libello seu dicte petitioni, quicquid voluerit. Cum vero dictus judex
appellationum statim faciat dicti libelli siue petitionis copiam dicto
appellato exhiberi, et eidem terminum duorum dierum statuat et
assignet, ad recipiendum copiam dicte appellationis, et ad respondendum
dicto libello siue petitioni, dicat et ad opponendum contra quicquid vult.
Si uero non comparuerit, eidem terminum in ea assertiua, statim judex
appellationum statuat, et eundem per publicum bannitum dicti comunis eundem terminum
notificari faciat personaliter, vel ad domum sue solite habitationis.
Qui appellatus, si in dicto termino coram ipso judice appellationum comparuit,
et exceptiones in genere proposuerit, siue quam declinatoriam, vna
vel plures, seu aliam de natura declinatoriarum habentes, et infor
ma declinatoriarum proponat, teneatur ipse judex appellationum sub
pena x librarum [illegible] infra quinque dies examinare et diffinire prout justitia suadebit
absque aliquo processu sententie, aliis exceptionibus in processu causae
reseruatis. Quibus non quinque diebus elapsis [illegible]
[illegible] nullam de predictis declinatoriis exceptionibus opposuit in processu.
Teneatur dictus judex appellationum, ad petitionem cuiuslibet partium, ipsis
partibus presentibus in presentia, si presentes coram ipso judice fuerint, vel per preconem

Sub infrascripta forma videlicet si et quatenus tractatur de jure sit ad [illegible] alijs non.

inmediate sequentes.

ipsius cause

ad petitionem dicti appellati

in dicto termino

ipsius appellatoris supplicatione

Si uero declinatorie exceptiones de[illegible] non fuerint, dummodo si talis exceptio [illegible] in eis succubuerit seu etiam [illegible] sit lapsus dicti termini ad opponendum statuti, si talis appellatus in ipso termino non comparuerit, seu ipse comparuerit et

ARCHIVIO-BIBLIOTECA COMUNALE TODI

115v

vel
baiulus dicti comunis, si alia ipsarum partium tunc presens non fuerit, terminum dierum octo ad probandum et inducendum in ipsa causa quicquid vellet, statuere et assignare. Hoc intellecto, quod in ipsa causa et super ipsa causa appellationis testes de novo recipi et examinari possint ad petitionem concurrentis eosdem, tam super novis articulis quam super veteribus productis in primo iudicio, et super connexis et dependentibus ab eisdem, et dicte productiones et concurrentes licite fieri possint, valeant etiam lite non contestata. Quibus octo diebus elapsis, neutra litigantium partium ad aliquid probandum vel inducendum ultra ea per dictum iudicem appellationum ulterius admictatur, nisi de utriusque partis consensu ipse terminus per dictum iudicem fuerit prorogatus. Et dictus iudex appellationum infra alios octo dies ad petitionem cuiuslibet ipsarum partium, per se ipsum sine consilio sapientis, si dominus comunis partium consilium ipsum petat, ~~vel cum ipso consilio, si aliqua partium ipsum consilium fieri expresse petierit~~, ipsam causam per suam diffinitivam sententiam terminare et decidere teneatur. Dictum dictorum in capitulo legis ipsius *** comprehendo. Ceterum si ab aliqua ipsarum partium consilium ipsum fuerit postulatum coram predicto iudice, petat ad ipsam causam [illegible] et ad alium prout vero petierit ~~predictum~~ statutum dicti comunis hac materia loquentem et debeat.

Hoc intellecto, quod omnia acta tam processus quam diffinitionis dicte cause appellationis infra dictum diffinitivam sententiam sint et intelligantur esse libera, et non computata, exceptis diebus quibus ipse appellantes et libelli appellatorum seu petitiones coram ipso iudice appellationum producentur, quae productiones licite fieri possint per ipsum appellatorem quibuslibet diebus et feriatis ~~aliis diebus exceptis qui ad eos generale consilium fieri vel statuti dicti comunis fuerint feriati.~~

Quod si dicta causa infra dictum terminum diffinita et terminata non fuerit, extunc instantia ipsius cause sit et intelligatur esse perempta, et ipsa appellatio ipso iure cesseat ~~et~~ et deserta sit, nisi de utriusque partis consensu fuerit ipsa instantia per dictum iudicem prorogata. Vel nisi ipse iudex appellationum in ipsius diffinitione morosus extitit, postquam ab ipsis partibus vel altera earum de ipsa diffinitione fuit requisitus. Et nichilominus idem iudex, si causam eam sua mora vel culpa infra dictum terminum non diffinierit, penam xxv librarum ipso facto incurrat, et causam ipsam cuius dicta pena ad petitionem cuiuslibet partis terminare et diffinire postmodum teneatur. Et si per eum dictus iudex appellationum per suam sententiam confirmaverit sententiam iudicis cause principalis, a qua eadem extitit appellatum, ipsa firma sententia extunc rata et firma maneat, et per iudicem ipsius cause principalis qui eam tulerat executioni mandetur. Nec ab ipsa confirmatoria sententia dicti iudicis appellationum valeat appellari. Et nichilominus si qua appellatio quae interposita fuerit in aliquo ~~casu appellatione prohibito~~ casu dubio frustratoria seu calumpniosa visa fuerit, quod etiam per eum eadem sua sententia declaret, teneatur talem appellatorem non solum parti victrici in expensis ipsius cause, sed etiam dicto comuni in duobus solidis pro qualibet libra seu vera extimatione rei de qua talis appellavit condempnare. Et si tamen, si dictus iudex appellationum ipsam diffinitivam sententiam a qua eadem appellatum extitit infirmaverit, vel nullam pronuntiaverit

In dicto termino viii dierum

Nulla in termino opponere vel allegare admissa, prout super in alio ... dicti dierum est.

(cuius in ipsius casu appellatio comprehensum)

~~fuit~~ et declarata fuit, possit ille contra quem pro dicto iudice appellatum
taliter pronunciatum extitit, infra .x. dies continuos, a die
ipsius sententie promulgate et non sequentie computandos, ipsa die
dicte promulgate sententie in dicto termino minime computata,
ab ipsa sententia dicti iudicis appellationum, ad dictum dominum potestatem, seu
ad dominum capitaneum ~~appellare~~ cuiuslibet eorum appellare. Inscripto
tamen et ipsam appellationem in qua forma producere, dubius istorum
districtius. Verum quod si per ipsum dominum potestatem, vel aliquem iudicem
sive curie, ad curiam deputatum, fuit talis sententia promul-
gata, eo casu dicta appellatio et eius productio fiat ut dictum est,
ad dictum dominum capitaneum. Et versa vice si talis sententia lata
fuit per dictum capitaneum, vel eius aliquem iudicem sive curie,
ad curiam deputatum fiat et fieri debeat simili modo, ad
dictum dominum potestatem. Et deinde, infra quinque dies continuos dicte appellationis
continuos proxima subsequentes, ipsa die productionis minime computata,
diebus non computata, teneatur appellator coram dicto domino potestate,
sive capitaneo, ad quem appellatum est, producere et producere te-
neatur omnia acta dicti primi iudicii, quod sedit, in publica forma. cum iura per eum in ipso iudicio vel ipso producta.
Qui dominus potestas sive capitaneus statim preterea parte infra tres
dies extunc proxime subsequentes, causam ipsam de iure consulendam
committat alicui probo viro, iuris perito, neutri parti suspecto.
In causis tamen si ipsis partibus placuit, seu aliter si partes
dicte comprehenserint vel causa dicta excedens non fuerint.
reservato ~~pus~~ per eum prout sibi convenire et expedire visum fuerit,
meo suspectorum. Et deinde, ad ipsum consultorem videlicet eundem
~~...~~ omnia predicta acta et iura et iura ~~...~~
~~...~~ cum allegationibus iurium utriusque partis, quas
sibi infra dictum ~~terminum dicte~~ ipse partes exhibere voluerint,
ac etiam cum statutis et ordinamentis dicti comunis, ad ipsam causam spectantibus,
sint ligata et sigillata ~~fuit~~ suo sigillo, et cum salario competenti
per eum taxando, prout eidem congruum fore videbitur, consideratis facultatibus consultoris et sive sufficientia
ipsius cause qualitate, et onere, et expensis dicti appellatoris si
~~...~~ transmitti teneatur. Et dictus consultor de iure
consulat, utrum iuste vel iniuste per dictum dominum defensorem
et iudicem appellationum pronunciatum extitit. Et consequenter per suum
consilium sententiam dicti domini defensoris et iudicis appellationum, approbare,
vel improbare, et reformare debeat, prout iustitia suadebit.
Et tandem, dicto consilio reddito, iuxta eius tenorem et formam
dictus dominus potestas, seu capitaneus pronuntiare teneatur. Nec
a tali sententia per aliquam partium petitum possit ulterius appel-
lari. Decernentes et declarantes, in quolibet causarum predictarum, per
capitulo comprehensorum, appellari posse, exceptis causis coram rectore,
iudice, vel officiali, aliqua, seu aliqua sententia, diffinitiva, vel interlocu-
toria, sive gravamine, quod dicitur appellandum, et que coram dicto
domino defensore et iudice appellationum, sive coram dicto domino capitaneo, vel coram
dicto domino potestate, et que vero sint descripta et certum per capitula certa
taliter appellandum.

-*-

Item eundem terminum coram alio
eorum ad quem appellavit.

dominum

~~Quantum solvat appellans in causa appellationis ...~~
De salario deponendo per appellantem in causa civili — R. xxxiiii.
xxxvii

Novum capitulum loco veteris. xlviii

Item statuimus quod si ab aliqua diffinitiva sententia, seu que vim interlocutorie / sive diffinitive optineat (et post quam / nulla diffinitiva sententia in ipsa causa promulgari speratur) ad dominum defensorem et iudices appellationum comunis Tudertii per aliquem fuit appellatum. Et de iure per ipsum iudicem appellationum, dicta sententia fuit confirmata / talis appellator solvere teneatur camerario comunis Tudertii pro ipso comuni, vigintiquinque nomine [illegible] sex [illegible] pro qualibet libra summe petitionis sive vere extimationis ~~aliarum~~ rei in tali sententia comprehense. Et non ab alia interlocutoria seu ab aliquo gravamine / quod cum post diffinitive sententie promulgationem dicetur statum, ad dominum iudicem appellationum fuit per aliquem provocatum, et in tali appellatione per dictum iudicem appellationum sive succubuerit appellato, teneatur talis appellator dicto camerario pro dicto comuni recipienti, vigintiquinque nomine solvere et si sit contra quemdam quantitatibus pecunie in quolibet capitulo / quilibet appellator in pecunia numerata depositum apud dictum camerarium pro dicto comuni facere teneatur. Nec non de ipso deposito, dicto iudici appellationum tempore porrectionis sue appellationis, per apodissam sigillo dicti camerarii sigillatam, fidem facere teneatur. Alioquin dicta appellatio extunc pro deserta teneatur sit tradita, nec super ea talis appellator ~~[illegible]~~ audiatur.

De consiliis committendis — R. lxv.

Capitulum novum loco veteris. xxx

Item statuimus quod quilibet iudex comunis Tudertii ad civilia deputatus teneatur omnem litem, questionem et causam coram eo vertentem, si ante ipsius diffinitive sententie super ea ferende, fuit ab aliqua parte / sive partibus / sapientis iuris consilium postulatum, expensis talis petentis committere consulendam alicui probo viro iuris perito, non tamen parti suspecto. Et quod partibus consilium talis petitum fuit, in ipsa lite seu ipsa lite, quod non ulterius non procedat. Et si secus fecerit, talis eius processus non teneat non fuerit. Et ab inde in antea, nullus terminus in tali causa, lite, vel questione labatur ipsis partibus, vel alicui earum, seu etiam ipsi iudici, et in ipsa causa, lite et questione extunc in antea et usque quo ipsum consilium redditum et publicatum fuit, et etiam postea per duos dies predictos et utiles immediate post publicationem sequentes sit et remaneat in eo statu in quo erat tempore postulationis dicti consilii. Et quod idem iudex iuxta ipsius consilii formam pronuntiare teneatur, ad petitionem cuiuslibet partis —

Etsic — lxxxv.
Sexto xxxiii.
separatim

Quod consilium postquam commissum fuerit, siquidem talis consultor steterit in
civitate Tuderti, reddat[ur] infra [illegible] sub sigillo domini consultoris consulendi
per ipsum consultorem infra .xx. dies continuos post diem date com-
missionis immediate sequentes, et ad sic reddendum iuris re-
medijs per iudicem domini camerarii compellatur. Aliter, ex tunc commissio ipsa expi- oportunis
ret. Et si talis consultor cogatur salarium quod sibi solutum fuerit, occupat restituere,
~~restituere~~ duplicatum ~~restituere debeat~~. Et de mense, alter iurisperito
perito adaptat eadem partis per eundem iudicem sub forma predicti capituli
committatur. Et si ~~[illegible]~~ talis iudex ipsam litem commictere seu docere
recusaverit seu neglexerit committere consulendam, ipso facto pena .l.
librarum cor[illegible] per quali vice [illegible] ut pene medietas applicetur
camere dicti communis, et reliqua medietas ipsi parti. Et nichilominus sub tale consilium postulanti.
eadem pena ad eadem partis postulationem sub forma predicti capituli
ipsam litem eidem vel alium consulendum committere teneatur. Ad qua quidem commissione hac for[ma]
Iuramus nos baiuli sotij potestatis et Capitanei ciuitatis Tuderti officium nobis iniunctum p forma statuti comunis Tuderti sollicite et fideliter exercere tam in ciuitate quam in comitatu Tuderti. Et qualibet die semel ad minus circuambulare p ipsam ciuitatem, et etiam de nocte cum uisum fuerit ipsi potestati seu Capitaneo, p exbannitis et malefactoribus capiendis et in comunis fortia deducendis. Et ad inquirendum et investigandum de deferentibus arma uetita contra formam statuti dicti comunis. (Et de ludentibus ad aliquos ludos taxillorum p forma statuti dicti comunis) Et facere omnes et singulas exactiones et executiones comissas, Et omne aliud offitium nobis committendum p ipsum Comune seu p ipsum dominum potestatem siue Capitaneum qui nos conduxit, fideliter et sollicite operari et exercere. Que omnia faciemus remotis odio, amore, pretio, prece, et omni humana gratia. Et nichil occasione nostri officij uel alia causa recipiemus de aliquo dicti comunis, aut alterius spalis persone durante nostro officio, contenti dumtaxat salario et mercede quod et quam nobis dabit Capitaneus uel potestas predictus qui nos conduxit. Et si contrafecerimus in aliquo casuum predictorum, incurremus penam in statuto dicti comunis contentam, ubi p ipsum statutum pena declarata et determinata imponeretur, alias ad penam librarum quinquaginta denariorum cort. p quolibet nostrum contrafaciente uice qualibet incurremus.

De iuramento et offitio notariorum potestatis et Capitanei ~~et de forma examinandi testes~~ — Rca v.

Notarij potestatis et Capitanei Ciuitatis Tuderti iurent, et teneantur fideliter et sollicite scribere inquisitiones

ARCHIVIO-BIBLIOTECA COMUNALE TODI

denuntiatores et accusatores, et omnem processum super eis
fiendum. Nec non recipere petitiones quas porrigerent
coram iudice sub quo et ad cuius banchum fuerint deputati,
contra tamen quod non scribat in actis aliquas scripturas sine
ipsius iudicis conscientia et consensu. Et quod quilibet ipsorum
notariorum qui ad maleficia fuerint deputati scribant
in quodam quaterno nomina baiulorum citantium pro aliquo pro
maleficio, quam scripturam scribat tempore relationis. Et
non recipiat aliquam accusam vel denuntiationem alicuius malefi-
cii nisi de conscientia potestatis vel Capitanei seu iudicis maleficiorum
alicuius eorum apud cuius bancum fuerint deputati. Item
non examinet per se ipsos aliquos testes super aliqua causa
set eos examinet iudex coram quo talis causa ventileretur
nisi ipsa causa esset mere civilis, et partes utraque de examina-
tore et scriptore alio concordarent. Et quod testes nunquam
examinent super interrogatorium assignatum ab aliqua par-
tium, nisi primo ipsum interrogatorium fuerit correctum
a iudice coram quo ipsa causa ventileretur, quo casu in ipsa
examinatione procedat iuxta correctionem quam fecerit ipse
iudex. Et si sic examinati non fuerint, examinari
ex integro debeant iuxta tenorem talis interrogatorii,
etiam si ipsi testes et eorum actestationes fuerint publicate.
Et non pandat dicti notarii processus aliquos vel scripturas,
nec aliqua secreta curie, seu communis Tudertii. Item
teneantur dicti notarii sumptis primitiis copiam actorum cui-
libet parti eadem die qua petita fuerint, vel saltem die
proxima subsequenti. Item non mictat dicti notarii aliquem
ad carceres ob aliquam causam sine licentia potestatis, sive Cap(itanei),
sive iudicis, vel conservatoris communis, set de licentia predicta
possit in casibus consuetis per formam statuti dicti communis.
Et nichil durante eorum officio percipiat nec lu-
cretur a communi Tudertii vel ab aliqua speciali persona, set contenti
esse debeant salario quod percepturi sunt a potestate vel Capi-
taneo qui eos conduxerit. Contrafacientes non in predictis vel
aliquo predictorum, puniat ea pena que imponeret de ipso
excessu per aliquod capitulum statuti dicti communis, alias in libro qui
inquisitionum communis. Omnes quoque domicelli et servientes
potestatis et Capitanei communis Tudertii teneantur et iurent quemcumque

x expto not. seu
vel eam alia postulavit quod
ipsa examinatio alteri committatur. quo casu ipse iudex tale
examinationem committat alicui vel
alicui experto notario, nec
parti suspecto sive suspectis.

et exemplari

alicuius capti

pro quo

vel ipsi statuto locum.

eis incumbentia per formam alicuius capituli statutorum sive ordinamentorum refor
matorum dicti communis, seu que per eandem potestatem vel capitaneum cum
quo erunt, eis committentur, fideliter et sollicite exercere,
Et quod non comedent nec bibent cum aliquo Tudertino toto
tempore eorum officii. Et quod non recipient, durante dicto tempore
eorum officii, vel alia quacumque causa, aliquid nisi ab eorum
dominis et Rectoribus supradictis preter quam in casibus per for
mam statutorum dicti communis concessis.

f De electionibus Rectorum communis Tuderti. et de ipsorum adventu.
et de Balistis et pavesiis per eos dimittendis. Rubrica viiij.

Item statuimus quod Capitaneus ~~et qui pro tempore fuerit~~ civitatis Tuderti teneatur
proponere in Consilio populi communis Tuderti primo mense sui re
giminis de novo Rectore eligendo. Et id quod
de ipsa electione Consilium decreverit, exequi, mandare
et facere teneatur. Cui quidem Consilio liceat ad
suum arbitrium et voluntatem eligere potestatem, Capita
neum, defensorem, exgravatorem, et alium quemlibet officialem quo
et offi voluerit ad regimen civitatis et communis Tuderti. Et
quod in provisione et deliberatione dicti Consilii plene et
libere consistat quantitas salarii et familie talis Rectoris ipsum quod offi
et officialium, et omnia alia ad ipsam electionem pertinentia, dum
modo in ipso consilio intersint ad minus ducenti Consiliarii
ipsius Consilii. Et quod in tali electione inseri et exprimi
debeat omnia que circa ipsam electionem fuerint per ipsum
Consilium ordinata atque firmata. Ita tamen quod dictum
Consilium bandiatur antequam fiat per duos dies cum
duabus tubis. Et teneantur dicti potestas et Capitaneus
cum suis officialibus et familiaribus venire personaliter ad
civitatem Tuderti ad terminum contentum in eorum electione, et ad penam terminorum electione
secundum formam eorum electionis. Et si non venerint contenta.
ad ipsum terminum, teneantur et debeant discomputare
de suo salario pro quolibet ipsorum et quolibet die quo
venire differret, ipso die adveniente computato, dicte
libre communis, non obstante aliqua licentia que eis concederet
a quocumque consilio, quam licentiam eis et discomputationem, potestatem
non possit. Salvis aliis penis in aliis statutis

ARCHIVIO - BIBLIOTECA COMUNALE TODI

135r

~~et Reformationibus dicti communis continentibus seu in eorum electionibus~~

Et deposito eorum officio stet personaliter ad syndicatum cum omnibus officialibus et familiaribus suis per decem dies continuos. Et quod ipsi potestas et Capitaneus et quilibet eorum in fine eorum regiminis teneantur et debeant assignare et tradere Camerario Camere dicti communis pro ipso communi recipienti duas bonas balistas de osse extimationis inter ambas quinque florenorum de auro. Et quactuor bonos paveses pictos suis armis. Qui paveses et baliste teneantur et reponantur in eo loco in quo placuerit dominis prioribus populi Tudertini. Item quod dictus potestas vel Capitaneus qui pro tempore fuerit vel eorum officiales *et alicui* non sit exititius vel exbanitus sue terre cuius est oriundus. Et nulla *alia* armatura deferatur per eorum propriam. Item quod dominus Camerarius teneatur retinere de salario dictorum potestatis et Capitanei Centum libras cortonenses pro quolibet eorum donec eidem Camerario dederit et assignaverit balistas et paveses predictos. Et predicta etiam in electionibus dictorum potestatis et Capitanei specialiter inserantur.

f Quod nullus eligatur in Rectorem unde fuit potestas Capitaneus vel defensor — Rubrica — x

m Item statuimus quod nullus possit eligi in potestatem Capitaneum vel defensorem civitatis Tudertii qui sit oriundus seu incola terre de qua erat origine vel domicilio potestas Capitaneus vel defensor qui esset in ipso officio tempore dicte electionis. Et si secus fiet ipsa electio non valeat ipso iure et nullum ius ex ea queratur tali electo. Et nichilominus eligentes contra predictam formam puniantur pro quolibet eorum in Centum libris cortonensium. Et quod Capitulum notorum Reformationum tempore talis electionis et antequam ipsa electio fiat teneatur legere ac et coram ipsis electoribus notare terras unde erant potestas Capitaneus et defensor tunc in ipso regimine presidentes ipsorum origine vel domicilio.

f De officialibus Imperitis sive non puras manus habentibus ab officio repellendis — Rubrica —

viij Item statuimus, quod si domini Priores populi Tud. noverint aliquem officialem comunis Tuderti esse imperitum sive aliter insufficientem ad eius officium exercendum, vel non putaverint manus habere, possint et debeant ipsum ab ipso officio amovere, ac precipere potestati capitaneo sive defensori, vel alii officiali cum quo esset talis officialis, quod eius loco alium peritum sufficientem et legalem debeat subrogare. Et haec clausula poni debeat in electionibus omnium offi- xxxiiii cialium forensium dicti comunis Tuderti.

f De salario non promictendo officiali, nisi per syndicum. Rubrica xi

viiij Item statuimus, quod nullum salarium promicti possit alicui officiali forensi comunis Tud. nisi per syndicum dicti comunis ad hoc legiptime ordinatum. Et quod semper quantitas salarii promictendi alicui officiali forensi declaretur in illo consilio in quo de ipsius electione proponeretur. Nec possit declaratio ipsius salarii committi alicui secreto consilio. Et quod dicta declaratio fieri debeat antequam ad ipsam electionem procedatur. Et declaratio seu promissio facta preter vel contra formam predictam, ipso iure sit nulla. Et quod potestas seu capitaneus sive quicumque alius tali consilio presidens presens capitulum in ipso consilio legi facere teneatur antequam ad ipsam electionem procedatur. Statuimus quod presens capitulum locum non habeat in ambaxiatoribus eligendis pro aliqua ambaxiata.

f Quod quilibet officialis comunis de suo salario solvat pro gabella xii denarios pro libra. Rubrica xii.

z Item statuimus, quod quilibet officialis tam forensis quam civis qui salarium aliquid recipiet a comuni Tud. dimictat penes camerarium camere dicti comunis pro ipso comuni recipientem, totum eius quod receperit ab ipso comuni, nomine gabelle, duodecim denarios pro qualibet libra. Et quod semper hoc

ARCHIVIO-BIBLIOTECA COMUNALE TODI

136v

exprimatur, sibi electoribus officialium forensium dicti comunis. et alii ad talia gab. solutores non tenantur.

Salvis aliis capitulis statutorum dicti comunis contrarium loquentibus, que in suis casibus locum habeant non obstantibus presens capitulum in aliquo derogetur.

f — xxvii

De electione notariorum maleficiorum — Rubrica xiii.

Item statuimus quod domini potestas populi Tudertini et vigintiquattuor secretarii consilii populi predicti qui pro tempore fuerint, possint, teneantur et debeant, seu electores potestatis, capitanei vel cuiuscumque alterius rectoris dicti comunis qui auctoritatem habet maleficia puniendi, eligere et nominare tres bonos, sufficientes et expertos, ac legales notarios pro qualibet curia maleficiorum, qui sint notarii dicti comunis ad maleficia deputati, cum salario, pactis et conditionibus de quibus et prout dictis dominis prioribus et vigintiquattuor videbitur et placebit. Ita tamen quod ipsi notarii eligendi sint et esse debeant de terra que distet a civitate Tuderti per triginta miliaria ad minus. Et non sit, nec esse possit de terra unde tunc sit potestas, capitaneus, vel alius rector dicte civitatis auctoritatem habens maleficia puniendi, nec de aliqua terra sita infra confines patrimonii vel ducatus. Et non possit habitare, comedere, vel bibere cum ipso potestate, capitaneo, vel rectore. Item quod nullus possit esse de dictis notariis qui sit minor triginta annorum. Vel qui in civitate Tuderti exercuerit aliquod officium infra decem annos tunc proxime precedentes.

per istud capitulum revocatur c. ... et c. ... [illegible]

f

De pena officialis absentantis se a civitate Tuderti — Rubrica — xxxvii.

xl

Item statuimus quod nullus rector, sive officialis forensis comunis Tuderti, vel aliquis eorum officialis durante ipsorum officio, discedat seu absentet se a civitate

et Comitatu Tuderti sine expressa licentia officii dominorum
priorum populi Tudertini. Dicta vero licentia optenta
si idem is qui se de dicta licentia absentaverit fuerit
potestas vel capitaneus ~~sine alium locum alterum con~~
~~tenentem~~ discomputare debeat de suo salario pro quo
libet die sue absentie, die ipsius discessus et reditus
in ipsa absentia computatis, decem libras cortonensium.
Pro quolibet vero eius Iudice se taliter absenta
te et qualibet die quadraginta solidos cort. Pro quoli
bet autem eius milite sotio se taliter absentate viginti
solidos cort. Et pro quolibet eius notario se taliter
absentante decem solidos cort. Defensor vero pro quoli
die quo ipse se taliter absentaverit tres libras den. — *Et pro quolibet eius notario se taliter absentate quadraginta solidos pro qualibet die x sol. cor.*
pro suo salario — cort. discomputare debeat. Alii vero ~~forte~~ offi
ciales forenses se taliter absentantes discomputare de
beant de eorum salario pro quolibet die sue absentie. — *quolibet die sui offitii et pro quolibet eius notario se taliter absentate quadraginta solidos pro qualibet die x sol. cor.*
prout contingeret pro rata eis sui salarii. Et nichilominus
talis Rector seu officialis ipsa licentia optinenda scribi
facere teneatur per notarium camere comunis Tuderti diem tal'
sui discessus et reditus. Et quod offitium dictorum
dominorum priorum dictam licentiam vinculo iuramenti dare
non debeat nisi prius dicti ~~rectores et offitiales~~
pro se et suis officialibus taliter absentantibus ~~et~~
~~alii offitiales forenses qui se absentare voluerint~~
ofitiant a Camerario Camere dicti comunis ~~Tuderti~~ de tene
pisse quantitatem quam capet dicta discomputatio et de ipsa
quantitate gratiationem et absolutionem fecerint dicto camerario
pro dicto comuni recipienti.

Scilicet [illegible] primum capitulum — De notificatione accusationum, denuntiationum et inquisitionum
dominis prioribus facienda. — Rubrica — xxxviii.

Item statuimus quod potestas et Capitaneus et eorum Iu
committere teneatur — dices maleficiorum mictant dominis prioribus populi Tuder.
copiam extensam de verbo ad verbum sine testibus omnium

ARCHIVIO BIBLIOTECA COMUNALE TODI

et singulis accusationibus et denuntiationibus que de quocumque crimine vel delicto
(et omnium et singularum inquisitionum) que pervenerint coram eis proximis preteritis diebus, que fient per eos et vel super aliquo crimine vel delicto
infra secundam diem, a die ipsius producte accusationis vel denuntiationis,
sive formate inquisitionis exclusive, in camera camerariorum,
ad penam pro qualibet tali accusatione denuntiatione vel inquisitione
non sic notificata vigintiquinque librarum cortonensium, et sub vinculo
iuramenti. Exceptis accusationibus de districta et de contemptu
mandati, et de dapnis datis, ad quarum notificationem dicti
potestas, capitaneus et eorum iudices minime teneantur. Et
ipsi domini priores vinculo iuramenti teneantur semel in
mense ad minus facere sibi legi dictas copias, et perquirere ab ipsis rectoribus sive
officialibus qui de criminibus ipsis (sive delictis) cognoscunt, quid actum et
ad quid processum est super eis. Et monere et suadere ipsis
officialibus, quod ipsa maleficia studiose et sollicite investi
gent et perquirant, et inventos culpabiles puniant
secundum formam statuti (congrui), et spondeant ac offerant eis eorum
officii auxilium et favorem.

f Quod nullus qui fuerit in officio a quinque annis citra, possit
eligi ad aliquod officium — Rubrica — xliii.

xliii Item statuimus, quod nullus officialis forensis communis Tuderti,
durante ipso officio, possit eligi in aliquo officio dicti communis,
nec et postea, a die finis dicti officii, usque ad quinque annos
tunc proxime secuturos. Et siquis eligeretur contra
predictam formam, ipsa electio ~~nulla sit~~ ipso iure sit
nulla. Nec ipsum commune vigore talis electionis
tali electo in aliquo obligetur. Et quod domini prio
res populi Tudertini contra predictam formam propo
nere non possint aliquo modo, sub pena vigintiquinque
librarum cortonensium.

f In quo loco fieri debeat electio officialium forensium.
— Rubrica — xliiii.

xliiii Item statuimus, quod tempore quo fiet aliqua electio per
commune Tuderti, de aliquo officiali forensi ipsi communis, electores

quod ad ipsam electionem faciendam fuerint deputati per ipsum
commune / predictam electionem in palatio communis Tuderti facere non possint
nec debeant / sed eam faciant et facere teneantur in palatio
habitationis dominorum priorum populi Tuderti. Exceptis elec- Civitatis Tuderti
tionibus fiendis de potestate et capitaneo / que fieri debeant
in refectorio fratrum minorum ecclesie sancti Fortunati. / Et
eandem electionem officialium forensium facere teneantur et
debeant absentibus potestate / capitaneo / defensore / et
aliis officialibus forensibus dicti communis.

De modo fiendo in electione officialium forensium — Rubrica — xlv.

Item statuimus quod electio officialium forensium que fieri
contingeret per commune Tuderti / fiat et fieri debeat
per electores ad hec deputatos / ad secretum scrutinium
vocum / seu ad bussulas et pallottas / ut ipsis electo-
ribus placuerit. Et optineri debeat saltem per
duas partes ipsorum electorum / tunc ibi electioni assisten-
tium / seu presentium / Et si aliter ipsa electio fieret /
ipso iure sit nulla. Et si quis aliquis in consilio dicti communis
consuluerit quod dicta electio per electores ipsorum officialium
forensium fiat aliter quam supradictum est / Et in notis
contrarium talis arengationis seu consultationis scripserit / per
potestatem seu capitaneum communis Tuderti in libris quinquaginta
denariorum cortonensium condempnetur / Quam penam dicti domini potestas
et capitaneus teneantur exigere per eos. Quod si non fece-
rint in quinquaginta libris cortonensium puniantur. Et eandem
penam sequens futurus Rector a quolibet predictorum exi-
gere teneatur.

De assignatione familie ad pedes dominorum priorum populi faciendis. — Rubrica — ccxvj^a. iiij. di.

Item statuimus et ordinamus quod domini potestas / capitaneus / et defensor
civitatis Tuderti teneantur et debeant assignare suos

ARCHIVIO-BIBLIOTECA COMUNALE TODI

officiales / familiares / et equos / quos habere debet in eorum
regimine et officio / secundum formam eorum electionis / semel qua
libet ebdomada sui regiminis et officii / coram dominis prioribus
populi Tudertini / ad registrandum et uidendum ipsorum dominorum
priorum. / ¶ Et totiens / quotiens / uiderint et quando / dictis dominis
prioribus populi uidebitur et placebit / et pro eos registrari fece
rit. ad penam uigintiquinque librarum denariorum cortonensium. pro quolibet dictorum
rectorum. et qualibet uice / ¶ Quam penam sindicus
communis Tuderti. qui eum sindicabit / tempore sui ~~sui~~ sindicatus
solui faciat a tali rectore / Camerario ~~communis Tudertini~~ camere dicti communis
pro ipso communi recipienti. ¶ Et quod dicti domini priores teneantur
et debeant ad dictam penam / dictam registrationem per se uel
alium per eos deputandum / facere / ad minus semel in qualibet eb
domada / ¶ Et si in ipsa assignatione reperiret defec
tus / si quidem de familia ipsius potestatis / uel capitanei / puniatur
ipse potestas / siue capitaneus tempore sui sindicatus per suum
sindicatorem in libris decem cortonensium. / ¶ Et pro quolibet
suorum Iudicum in libris tribus cortonensium. / ¶ Et pro quolibet
suorum militum sociorum in soldis quadraginta. ¶ Et pro
quolibet suorum notariorum in soldis uiginti ~~soldis cortonensium~~ ¶ Et
pro quolibet aliorum suorum familiarium in soldis decem.
~~cortonensium / ¶ Et dictus defensor pro persona sua~~ pro quolibet
suorum equorum in soldis decem cortonensium / ¶ Et dictus de
fensor pro persona sua in soldis centum cortonensium / ¶ Et pro quolibet
suorum notariorum in soldis uiginti cortonensium / ¶ Et pro quolibet suorum
famulorum in soldis decem cortonensium / ¶ Et pro equo in soldis decem
cortonensium / ¶ Que pene cumulentur / et pro cumulatis
habeantur pro omni et qualibet die qua in assignatione
cuiuslibet predictorum defecerint / quilibet predictorum rectorum
negligens fuerit. ¶ Hoc intellecto et declarato,
quod predicti sic reperti defecisse in assignatione predicta post
ipsam assignationem dictis dominis prioribus debeant assignari,
et donec assignati eisdem non fuerint / habeant et

intelligant vigore ac fictione pres. capituli usque tunc post ipsam assignationem extimationem veram defecisse et formam predictam — Preterea si aliquis equorum pre dictorum dominorum potestatis vel capitanei non fuerit tempore remissio nis et reassignationis ipsorum repertus esse sufficientis ex timationis prout per formam ipsorum electionis requireret, puniatur ipse potestas vel capitaneus cuius equus in deo defectu repertus fuerit, pro quolibet tali equo per suum syndicatorem tempore sui syndicatus in solidis decem. Et quod dicti domini potestas et capitaneus teneantur ad requisitionem et voluntatem dictorum dominorum priorum suos equos videri et extimari permictere per officiales deputandos per ipsos dominos priores. Et quod pro quolibet die qua ipse dominus potestas vel capitaneus loco talis equi sic insuf ficientis reperti distulerit et neglexerit subro gare et habere alium equum debite et sufficientis ex timationis ut dictum est puniatur in solidis decem. Et quod talis rector in dicta mora et negligentia esse intelligatur et sit fictione et auctoritate presentis capi tuli donec alium debite extimationis habere voluerit et loco talis equi sic insufficientis reperti dictis dominis prioribus seu officialibus ad hec per eos deputatis distu lerit assignare. Item quod equus qui in prima extimatione per ipsos officiales de eo facta repertus et appro batus fuerit esse sufficientis extimationis, extunc toto tempore regiminis talis rectoris pro sufficienti habeatur, nec possit ulterius reprobari, dato quod postea ipse equus deteriorat et minoris extimationis efficiatur.

Quando assignentur libri dominorum potestatis, capitanei et defensoris — Rubrica, capitulum primum di.

Item statuimus ~~et ordinamus~~ quod potestas et capitaneus teneantur et debeant quindecim diebus ante finem eorum regiminis libros

139v

omnium actorum tam criminalium quam civilium curie sue,
actitatorum durante ipsorum officio, et sententias latas per eos,
tam condempnatorias quam absolutorias, assignare communi Tuderti,
videlicet dictus dominus potestas, in consilio generali. Et dictus
dominus Capitaneus in consilio populi. Et dominus defensor, octo
diebus ante finem sui officii, in dicto consilio populi, libros omnium
actorum sue curie, et sententias per eum latas debeat assignare.
Teneantur et omnes et singuli Rectores predicti, dictos libros atque
sententias, ante dictos terminos assignare ad petitionem dominorum priorum
populi Tudertini. Et in dicto tempore alii dictorum Rectorum similiter libros
omnes sui processus sibi traditos debeat in eodem consilio assignare.

De syndicatu potestatis et aliorum officialium, et de pena ... aliis ad ipsam materiam perti-
tiantis eos tempore syndicatus, et qui repellant a termino ... nentibus ... xxvij. i. de
nio contra eos, et de pena facientis adunantiam seu gravamen
tempore syndicatus — Rubrica — xviij. i. d.

xxxiii

Dignum est, ut quilibet villicationis sue rationem red-
dat, ac sue administrationis, quam gessit, premium seu
penam reportet. Hac lege provisum est, quod potestas
et capitaneus cum suis iudicibus, sociis, notariis, domicellis et
familiaribus omnibus; Necnon et ceteri alii officiales communis — Civitatis Tuderti.
Tuderti forenses, qui aliquam iurisdictionem in civilibus vel crimi-
nalibus causis in ipsa civitate exercuerint pro ipso communi,
deposito eorum officio, immediate teneantur per decem
diebus stare ad syndicatum, et reddere rationem de gestis — cum omnibus familiaribus suis
per eos, coram defensore communis, vel coram alio officiali qui tunc temporis
fuerit ad tale syndicamentum deputatus per commune predictum. Et
nullus predictorum possit vel debeat de dicta civitate discedere
ante sententiam absolutoriam vel condempnatoriam per eos, vel contra eos
ferendam per syndicum supradictum. In quo syndicatu iste
ordo et forma servetur. In primis, quod syndicus ante-
dictus generalem inquisitionem formet et faciat contra predictos

et quolibet eorum de omnibus et singulis male gestis per
eos vel ipsorum aliquem, et de omnibus et singulis ~~dolo~~
~~culpa~~ vel fraude commissis vel obmissis, factis vel ne
~~glectis~~ contra ius et iustitiam, et preter vel contra formam
aliorum capitulorum statutorum [dei] communis ~~Eudetii~~ [?] de omnibus quae
per eos vel ipsorum aliquem illicite et per sordes extortis
vel receptis, ~~et de omni lucro illicito~~, et ideo quod non
habuerunt puras manus, recipiendo vel lucrando ali
quid de avere vel pecunia dicti communis contra formam alicuius capituli statuti dicti communis
aut sui proprii iuramenti. Et generaliter de omnibus et
singulis aliis excessibus, delictis, culpis, et fraudibus, quas et
que ipsi vel aliquis ipsorum tempore sui officii [regessisset] commisissent. sive commisissent.
Qua inquisitione formata, prima die vel sequenti dicti de
cembris, faciat dictus sindicus predictos officiales et quem
libet eorum, et cuiusque eorum universam familiam citari, quod
incontinenti ipsa [die] citationis coram eo debeant personaliter comparere ad
respondendum inquisitioni predicte, et ad se excusandum ab ea.
Qui officiales sic citati, cum universa eorum familia ipsa die
citationis coram dicto sindico personaliter compareat suis parituri
mandatis. Qui inquisitioni debeat singuli respondere,
Et qui comparere et respondere neglexerit vel contempserit, pro con
fesso habeatur de omnibus in ipsa inquisitione contentis. Post
comparitionem vero et responsionem ipsorum inquisitorum, ad testium
examinationem, et aliarum probationum receptionem procedat,
et ita sollicite agat quod infra sextam diem post comparitionem ipsorum
inquisitorum, processum expediat, et ad finem perducat, ita
quod die penultima ~~dicti decembris~~ vel ultima, sententiam ferat. dicti decembris cito
Et teneantur predicti inquisiti et quilibet eorum, quotiens re
quisiti fuerint ex parte dicti sindici, coram eo personaliter
comparere, ut si esset casus torture, possint subiici tormentis.
~~Et generaliter citari continue esse, habeatur et pro confesso~~
Ita tamen quod nullus [eorum] possit torqueri, nisi pro barattariis,
et illicitis lucris, et extorsionibus, et tunc procedentibus

ARCHIVIO BIBLIOTECA COMUNALE · T · I · D · C ·

Et si pro eorum etate aliqui minores fuerint, habeant personas substantiales legiptime constitutas qui et quilibet possit et debeat condempnari

legittimis iuditiis et presumptionibus. Faciat quoque dictus Syndicus prima, secunda et tertia die dierum decendii et qualibet ipsarum dierum semel ad minus publice et alta voce in publicis locis civitatis Tuderti banniri quod quicumque vult aliquid petere vel opponere alicui officiali vel fami liari de curia vel quorum agetur syndicatum infra dictos primos tres dies ipsius decendii sui coram eo cum petitione seu libello vel accusa debeat comparere. Et quilibet iniuste gra vatus vel qui gravatum se diceret a tali inquisito vel ab aliquo eius officiali sive familiari admictatur et audi atur et super eius querela seu petitione vel accusa procedatur prout quarumcumque per formam statutorum dicti communis et ordinamentorum dicti communis fuerit procedendum. Nullus tamen audiatur opponere vel aliquid petere volens de eo gravamine sententia vel processu seu eius occasione de quo vel qua recursus fuit factus per viam appellationis vel nullitatis ad iudicem appellationum et rectorem communis Tuderti.

in qua statutis legiptimis seu hiis de facto, que foro requisitis

Et possit et teneatur dictus syndicus in tali processu et syndicatu procedere in omnibus et quolibet casu breviter summarie et de plano ac sine strepitu et figura iu dicii et omni tempore, obmissis omnibus et qualibet iuris communis et dicti statutorum sollepnitate et ordine, et non obstantibus aliquibus factis etiam sollepnibus. Et nulla persona possit alicui officiali seu contra aliquem officialem ad syndicatum stantem tempore sui syndicatus porrigere vel offerre aliquam petitionem seu libellum denuntiationem notificationem seu accusationem nec contra eum articulari nec aliud contra quemquam in preiudicium vel lesionem talis officialis facere sive dicere. Nisi illa tamen persona que pro se et suo nomine et pro suo proprio et speciali dampno interesse iniuria vel gravamine ageret seu conquereretur. Et nullus tempore syndicatus alicuius officialis comparere vel stare possit in curia dicti syndici ad opponendum contradi cendum petendum patrocinandum vel allegandum in aliquo contra tales officiales. Et qui contrafecerit repellatur per ipsum syndicum et nullatenus audiatur. Et nichilominus

in qua forma prout capitulo

puniat a quadraginta solidis sup usq3 i decē lib. p dcm
syndicū. scdm ipi arbitriū, discreta z gsiderata qualitate
tal' q̄ facietis- fci, et gditoe psone. ¶ Nullus quoq3 de civitate ul' vis
ul' comitatu, possit tpre dci syndicat Rectoribȝ i eoꝝ sindicatu-
seu officialibȝ syndicādis ul' alicui eoꝝ aliquod pat
ciniū, auxiliū, gsiliū, ul' favore quolibet exibere,
~~Adeo q etiā eos nō possit i palatio sotiare. sub pen~~
~~vigintiquinq3 lib. cuiȝ p quolibet gtrafaciete. z qualibȝ~~
vice. ¶ Ite nullus q p ipm potestatem, capitan
ul' officiale, de cui syndicatu ageret, fuit gdepnat
ul' aliqs vel gsanguineus usq3 i tciū gradū, inclusive,
ex quocūq3 parte, admictat ad testimoniū gt tale Rectore,
sive officialem, et si admictatur, sua actestatio
nulla sit ipo iure, z careat oi fide. ¶ Denīq3
teneat syndic memorat, examinare processus, pbatoēs,
acta, z cūcta gesta, v cōm se sca z occoe tal syndicat. ¶ et si repi
v ipm Rectore, seu offitiale, ul' aliqs offitiu- sive familiare alteo eoꝝ erit culpabilem ~~officiale predcm~~, de cui syndica reptū culpabile, i
tu ageret, tale debita pena p statuta gdepnet. ¶ Cuiꝰ
gdepnatoez tā ipe syndicus, q̄ potās z capitaneus, Civitatis pro
~~q tūc fuerit~~, z ipoꝝ qlibet, stati exigere teneant,
~~Nec possit remicti p aliqd gsiliū gdepnato memorata,~~
Et eundem culpabile nō reptū absoluat. ¶ Cui
officiali sic absoluto, camerari dci cōis residuū
sui salarij gtestim solvere teneat. Ut sic hijs pac
tis, in dei noīe feliciter possit ad sua patria re
meare. ¶ Et q nō decet, ut officialibȝ dicti
cōis, tpre eoꝝ syndicat aliqua iniuria inferatur,
duximꝰ statuendu, q nullus civis, ul' gditois ex
stat, q pduceret cora dco syndico aliqua peti
toēm, accusatoēm ul' denuntiatoēm, gt aliquē officia
lem dci cōis. audeat ul' psumat facere aliqua
adunantia hoīum, nec eos secu ducere cora dco
syndico, tpre q iuit, v sui ul' dci ~~ul~~ cōis. ~~...~~ vellet gseq
cora eo, set ipe solus accedat ad ipm iud

141v

mulieribus

ad syndicatum statum.

L. cor. puniatur, et si solum verba, xxv. in libris.

prosequendum. Liceat ei tamen secum ducere unum advocatum vel duos Trigenas vel forenses, et unum vel duos parentes ad plus, ad dicta iura prosequenda, qui omnes sint conscripti in matricula collegii Judicum et notariorum civitatis Tuders, et advocatoris vel procuratoris officium continue exercent. Et nullus alius contra dictam formam ipsum debeat associare ad predicta. Qui autem contrafecerit in predictis vel aliquo predictorum, pena quinquaginta librarum cort. vice qualibet puniatur. Salvo quod si nollet producere petitionem, accusationem vel denuntiationem tempore dicti syndicatus esset infirmus, aut habitaret extra civitatem Tuders, tunc in dictis casibus liceat cuilibet ad predicta constituere suum parentem, filium suum, fratrem carnalem ipsius, vel alium propinquiorem consanguineum ipsius. Item quod hec locum non habeant in dominabus, universitatibus, locis ecclesiasticis sive religiosis, quibus liceat syndicum et procuratorem constituere ad predicta. Nullus autem presumat [acceptare] quoquo modo contra aliquem minas inferre vel verba superba seu contumeliosa proferre. dicere, vel ipsum rogare [adhoc ut sua] ut petitionem, accusationem vel denuntiationem non porrigat contra dictum dominum potestatem, capitaneum vel alios officiales dicti communis. Vel quod ipsa porrecta, eam retrahat vel reaccipiat. Vel quod ius suum super ipsa non prosequatur. Contrafaciens, si minas fuerit, vel verba superba [seu contumeliosa] dixerit, in libris ducentis cort. vice qualibet puniatur. Presenti autem lege duximus statuendum, quod dictus dominus potestas et capitaneus, vel alius officialis dicti communis, non possit nec debeat tempore quo stabunt ad syndicatum in civitate Tuders, facere seu recipere aliquod convivium [dare] in civitate vel [seu] comitatu Tuders. Et nullus presumat eis vel alicui eorum dare tempore convivium aliquod. Contrafaciens [vel] in aliquo predictorum, in centum libris vice qualibet puniatur. Et predicta habeant locum prima die syndicatus predictorum dominorum potestatis, capitanei, vel aliorum officialium dicti communis. In predictis autem

alicui civi sive comitatensi Tuders. Nec aliquis de ipsis civibus seu comitatensibus aliis de ipsis rectoribus seu officialibus ad syndicatum stantibus possit aliquod convivium in ipsa civitate vel eius comitatu facere. Civis vel seu comitatensis Tuders contrafaciens.

Nullus civis de dicta civitate vel comitatu Tuders aliquem de dictis rectoribus seu officialibus tempore sui syndicatus associare. sub pena librarum C. cuilibet magnati et potenti de dicta civitate vel eius comitatu contrafacienti et quod per forma dicti statuti tenendus sit pro magnate et potente, et librarum xxv cuilibet alii de civibus vel comitatensibus predictis contrafacienti, et qualibet vice. Volumus tamen quod domini priores populi Tuders, qui pro tempore fuerint, tales rectores et officiales tempore ipsorum syndicatus teneantur facere associari per illos populares et quibus eis videbitur convenire pro honore dicti communis et populi Tuders.

[illegible] facere sociari. [illegible] volumus quod nullus [illegible] de civitate vel comitatu Tuders faciat

defensor / syndicus / et iudex appellationum, et super libra et latibus [dei] comunis ~~tudertini~~ /
finito eius officio / per eius successorem modo, forma, et tempore supra
expressis, circa syndicatum [aliorum] officialium forensium iurisdictionem
habentium, vel eo modo, forma, et tempore sicut prout supra fuit
[dei] per com. ~~Tuder.~~ / debeat syndicari. ¶ Hoc de novo
addictio, quod nullus Rector vel officialis forensis [dei] comunis
~~Tuder. presens vel futurus~~ / tempore sui syndicatus possit
vel debeat per litteras detineri / citari / seu occasione alicuius pe-
titionis / accusationis, denuntiationis / vel inquisitionis / contra eum producte,
institute / vel formate / pretextu sive occasione eorum que
gesserit / seu commiserit / vel obmiserit, vel alicuius contractus
per eum initi / vel cuiuscumque alterius obligationis per eum contracte
tempore sui regiminis / sive officii / nisi si et quatenus processerit
ex deliberatione et voluntate officii [dei] dominorum priorum populi
~~Tuder.~~ tunc in ipso prioratus officio residentium. ¶ Te-
neantur quoque dicti domini defensor et syndicus / omnes alios
officiales dei comunis / Cives sive comitatenses tudertinos /
syndicare / et ab eis exigere rationem de administra-
tione sui officii / et de omnibus per eos commissis, vel neglec-
tis / sive obmissis in dicto eorum officio / contra formam
statuti dei comunis, vel ipsorum electionis / seu proprii iuramenti /
¶ Et dictum syndicatum finaliter terminare infra unum
mensem proxime subsequentem a die ipsius syndicatus
incepti / servata et in hoc casu forma premissa,
quatenus ad huiusmodi syndicatum potest congrue ad-
aptari.

f De pena officialis facientis sibi fieri expensas in
comitatu — Rubrica — CCVII. / iiij di.

ccvij Item statuimus ~~et~~ quod quotiens contigerit aliquem
officialem comunis tuder. / ire in comitatum Tuder. quacumque
de causa, teneatur et debeat sibi / ac familie et equis

1420

quos secundum ducerent de omnibus victualibus necessariis pro ... dare, super ipso ipsi officiales, sive rectores qui eum miserint. Exceptis casibus per formam statuti dicti communis permissis. Neque cogat aliqua universitate vel specialem personam ad faciendum sibi expensas directe vel per obliquum. Contrafaciens, incurrat qualibet in quadruplum eius quod acceperit puniatur. Et nichilominus ad restitutionem eius quod taliter accepit, teneatur. Et quelibet

Et nichilominus communi Tudertino pena quadrupli condempnetur.

universitas et specialis persona tempore sindicatus talis officialis possit ab eo repetere omnes expensas quas ei taliter dederit, de quo stetur iuramento ipsi, cum quattuor testibus deponentibus solite de publica fama, que in hac parte pro probatione legittima habeatur. Et quod sindicus qui ad sindicandum talem officialem fuerit deputatus, predicta banniri facere teneatur tempore ipsi sindicatus. Et in predictis examinandis, cognoscendis, investigandis, diffiniendis, et exequendis, habeat ipse sindicus plenum arbitrium.

f De pena officialis committentis fraudem in suo officio (~~incurrati in fraude~~). Et quod dans acceptum possit impune illud repetere tempore sindicatus.
— Rubrica — lxxxxvii. .iii. di.

Item Quilibet officialis communis Tuderti teneatur suum officium ~~fideliter~~ et legaliter exercere, et nulla fraude committere in ipso officio, vel quod fuerit iura menum. Quod si non contrafecerit, ~~condempnetur in pena in statuto dicta contingenta~~. Et nichilominus si ~~dictum commune vel aliquem~~ quem defraudaverit, vel ~~depauperaverit quod forma statuti receperit~~, puniatur etiam ultra dictam penam ad restitutionem dupli eius in quo taliter ~~receperit vel~~ defraudaverit. ~~Babuis aliis capitulis statuti dicti communis specialiter de tali materia loquentibus~~. Et eadem pena puniatur corruptor dictorum officialium. Et

sive depauperaverit dictam personam.

si tale sunt mallitius ipse sindicatus tali officiales, et sindicatori ... ipse corruptor pena vel tali corruptele penitus sit ... quo casu ab omni possit ab eo repetere, et etiam ... de tali ... illicito ... et mitto quicquid tali officiali ... illicite dederit.

f de ... potestatis et capitanei examinandis et vendendis ... diebus ... Regis ff. Li.

143 xiv

dentes quod liceat cuilibet
cum officiali forensi ipsum
tempore sui syndicatus Et
tur ipsi accepti. Et in quo
corruptor seu dans acceptum si
tempore syndicatus talis officialis ei syn
ab omni pena totaliter sit exemptus.

syndicatus potestatis et capitanei examinandi et sindicandi ultimis xv diebus
De modo examinationis processuum potestatis et capitanei et aliorum
officialium per syndicum faciende. Rubrica — lii.

xviii Item statuimus quod dominus defensor et quilibet alius iudex qui erit ad syndicandum officiales communis Tuderti teneatur et debeat ultimis quindecim diebus regiminis dentes ante finem officii dominorum potestatis seu capitanei simul cum dominis prioribus populi Tuderti seu cum sex bonis viris quos ipsi domini priores ex se vel ex aliis duxerint eligendos videre et examinare omnia acta causarum criminalium super quibus ipse potestas vel capitaneus tulit suas condempnationes vel absolutiones et etiam ipsas condempnationes et absolutiones per ipsum dominum potestatem vel capitaneum factas. Et si invenerit aliquem eorum inventum contra formam statutorum vel ordinamentorum communis Tuderti aliqua propter condempnanda absolvisse seu in minori quantitate quam debuit condempnasse. Et hoc eis constet per acta ipsius cause quod ipse dominus defensor sive alius iudex (deputatus sive electus, cum Civit. Tud., ex quibus sive, suas, priores potestatis) iudex qui ad ipsum syndicandum fuit deputatus teneatur et debeat ipso facto sine formatione alicuius processus et omni alia iuris et statutorum sollempnitate obmissa tale rectore ipsum potestatem seu capitaneum de predictis taliter ut premictitur repertum culpabilem punire et condempnare in eo in quo talem personam condempnare obmisisset contra formam predictam. Et ipsam condempnationem ad manus camerarii camere dicti communis effectualiter facere devenire. Et predicta per dictum syndicum observentur et observari debeant sub pena ducentarum librarum communis auferenda tempore syndicatus ipsius.

dum quod taliter defraudasset sive dampnificasset.

f Quod potestas et capitaneus et alii officiales communis Tuderti teneantur observare statuta et reformationes. Rubrica — liii.

xx Item statuimus quod potestas et capitaneus et defensor civitatis Tuderti et quilibet alius officialis communis Tuderti teneantur et debeant ad unguem observare

BIBLIOTECA COMUNALE · TODI

[et alii officiales communis]
... ores teneantur observare statuta
... C.viij. [i]

... tas / Capitaneus / et defensor civitatis
... s et comitatus et cuiuslibet ipsorum iudices /
... arius / et quilibet alius officialis communis
... [ti]
... teneantur debeant vinculo iuramenti observare et
[et reformationes dicti communis]
... facere omnia et singula statuta communis Tuderti
... reformationes consiliorum dicti communis / facere et exequi
secundum formam statutorum. Et si quis eorum contrafecerit / condempnetur qualibet vice in ducentis libris. Salvis minoribus et maioribus penis / contentis in aliis aliis capitulis statutorum dicti communis, que / presenti capitulo non obstante / in suis casibus vendicent sibi locum.

— et decreta dominorum priorum populi Tuderti, et tam per ipsos [priores] ... ac et civibus, qui ad ipsorum executionem fuerint deputati, ad ipsorum registrum exhibere suum auxilium et favorem circa executionem eorundem.

f De arbitrio non concedendo potestati vel Capitaneo — Rubrica — C.xj. [i]

Item statuimus / quod potestas / sive Capitaneus civitatis Tuderti / seu aliud locum alterius eorum tenens, non possit nec debeat aliqua proposita facere in aliquo consilio vel arenga communis Tuderti, que de novo arbitrio sibi concedendo / nisi talis proposita primo deliberata / firmata / et approbata fuerit ad bussulas et palluctas / saltem per duas partes consiliariorum tunc in dicto consilio adsistentium / dummodo in ipso consilio tunc interfuerit ad minus due partes consiliariorum ipsius consilii. Et si secus factum fuerit, tale arbitrium non teneat / sed ipso iure sit nullum. Et nichilominus talis potestas / sive Capitaneus seu alius locum alicuius eorum tenens, preter vel contra dictam formam proponens, seu tali arbitrio sibi contra dictam formam concesso utens / pena librarum quingentarum cortonensium ipso facto incurrat. Et qui preter vel contra dictam formam arengaverint / sive consulverint / pena librarum centum cortonensium pro qualibet vice ipso facto se noverint incursuros.

— et in consilio populi Tuderti.

f De novo palatio non concedendo potestati et veteri non concedendo Capitaneo — Rubrica — C.xij. [i]

xxj Item statuimus quod potestas et qui loco eius fuerit non possit nec
debeat petere quod sibi aliquo modo vel causa palatium novum
communis Tuderti concedatur. ~~Nec etiam Capitaneus populi~~
~~communis Tuderti vel qui Capitaneatus officium exerceret~~
possit vel debeat petere quod sibi modo aliquo vel causa
concedatur palatium vetus dicti communis, sub pena Centum librarum
denariorum pro quolibet ipsorum contrafaciente. Et si aliquis in contra-
rium arengaret vel diceret, in Centum libr. den. communis
puniatur. Et notarius qui scribet aliquid de predictis
puniatur in vigintiquinque libr. Et nullus de fa-
milia potestatis possit stare ad iacendum nec habere came-
ram in dicto palatio novo. Et econverso nullus de
familia Capitanei possit stare ad iacendum seu habere
cameram in dicto palatio veteri, sub pena vigintiquinque libr.
communis pro quolibet eorum contrafaciente.

f Quod statuta loquentia in potestate locum habeant in Capi-
taneo — Rubrica — CXXVj. j.

xxij
Civitatis Tuderti

Item statuimus quod omnia et singula statuta loquentia
in potestate vendicent sibi locum in Capitaneo, Sta-
tutis loquentibus de ordinatione consiliorum generalium dumtaxat
exceptis. ~~et aliquo in contrarium non obstante~~ et in ipso potestate
tam seu alterius loco ipsius subrogati seu eius vice ~~administrantis~~ vendicent sibi locum
Et quod omnia statuta loquentia in dicto Capitaneo locum habeant in potestate et in eo qui in eius locum fuerit subrogatus seu qui
eius vice administrabit.

Civitatis eiusdem et in quolibet loco alterius eorum subrogato seu vice alterius eorum administrante.

Quod cuilibet officiali constituatur salarium antequam eli-
gatur — Rubrica — xlij. j.

Item statuimus quod quando in aliquo consilio generali vel speciali
communis Tuderti de aliquo officiali dicti communis tractatur,
teneantur potestas et Capitaneus et qui loco eorum vel alte-
rius eorum fuerit, et quilibet eorum proponere in consilio predicto
de salario constituendo tali officiali de cuius electione
tractaretur antequam ad talem electionem procedatur.
Et si preter vel contra dictam formam aliquis offi-
cialis electus fuerit, talis electio ipso iure sit nulla.

cassum quia est effectus reductus est in alio capitulo

ARCHIVIO-BIBLIOTECA COMUNALE TODI

Et presens capitulum potestas legi faciat electoribus talium officialium ante quam ad electionem ipsorum procedant. Ita tamen quod predicta locum non habeant in ambassiatoribus eligendis pro aliqua ambaxiata.

f De pena eligentis aliquem in consilio una voce. — Rubrica — xxxvj. iiij.

xxxvj Item statuimus quod nullus eligat vel nominet aliquem ad aliquod officium communis Tuderti una voce in aliquo consilio dicti communis. Contrafaciens pena centum solidorum ipso facto incurrat. Et nichilominus talis nominatio vel electio ipso iure sit nulla. Et quod potestas civitatis Tuderti presens capitulum legi faciat quolibet mense in consilio generali dicti communis sub pena librarum L. cortonensium.

f Quod nullus tempore unius regiminis vel uno et eodem tempore habeat ultra unum officium cum salario. — Rubrica — xlvij. — j.

xxxvij Item statuimus quod nullus tempore unius regiminis habere possit vel debeat ultra unum officium in communi Tuderti de quo salarium habeat ab ipso communi. Et si quis contrafecerit tale officium sibi datum seu commissum vel deputatum administrare non possit. Et nichilominus si fecerit in decem libris cortonensium puniatur. Nec etiam possit aliquis de civitate vel comitatu Tuderti simul et eodem tempore habere vel acceptare ultra unum officium de quo salarium percipiet seu percipere debet a communi. Et contrafaciens non acceptans vel in dicta pena puniatur. Et nichilominus talis electio nulla sit ipso iure. Et potestas seu alius rector vel offitialis dicti communis non possit aliquem sic electum cogere ad dictum officium acceptandum vel exercendum. Et si secus faceret pena centum librarum incurrat. Exceptis castellanis et sergentibus sive custodibus et ambassiatoribus.

f De pena eligentium unus alterum sive pater filium, fratrem vel nepotem ad aliquod officium — Rubrica — xlviij. — j. — vel aliquem de sua familia

xxxvij

Item statuimus quod electores qui electi fuerint ad eligendum aliquem ad aliquod officium dicti comunis Tuderti, non possint aliquem ex se ipsis eligere ad ipsum officium, nec etiam patrem, filium, fratrem carnalem, nepotem carnalem, vel aliquem de familia alicuius ipsorum eligentium. Et si quis contrafecerit, in viginti quinque libris vice qualibet puniatur [margin: nichilominus]. Et ipsa electio non valeat, nec teneat ipso iure. Et talis electus contra formam dicti capituli ipsum officium acceptare non valeat. Et si acceptaverit, puniatur pena decem librarum. Et potestas dictum capitulum legi faciat per notarium Reformationum [correction above: dicti comunis] electoribus supradictis, antequam ad ipsam electionem procedant. Et dictus notarius dictum capitulum ipsis electoribus legere teneatur sub pena [margin: sub pena xxv librarum] viginti quinque librarum denariorum. Quam penam dictis potestati et notario contrafacientibus, syndicus qui eos syndicabit tempore eorum syndicatus teneatur auferre.

[struck through: Et hoc capitulum precise servetur et non possit suspendi in aliquo sive tolli vel in aliquo derogari.]

[Left margin addition: Et quotiescumque contigerit aliquem eligi ad aliquod officium dicti comunis, ipsa electio fieri debeat per electores ad id deputatos et optineri per duas partes ipsorum electorum ad minus, ad scruptinium secretum [illegible], vel ad bussulas et palloctas. Et aliter facta non teneat ipso iure. Et talis electus contra formam ipsum officium non acceptet sub pena x librarum. Et notarius reformationum ipsam electionem scribere non possit nec debeat, ad dictam penam et sub vinculo iuramenti.]

[Left margin, in a different ink: // prout ipsis electoribus placuerit]

Quod non suppositi nullum officium habeant in comuni. Rubrica. xxxvij. j.

xxxviij

[The following statute is crossed out with a large X:]

Item statuimus quod nullus qui non sit suppositus iurisdictioni dicti comunis Tuderti possit vel debeat in civitate vel comitatu Tuderti habere aliquod officium publicum vel privatum, nec esse de aliquo consilio speciali vel generali dicti comunis, vel ad aliquod officium quodcumque sit publicum vel privatum comunis Tuderti debeat eligi vel admicti [margin: a dicto comuni vel ad ipsum eligi quocumque modo]. Et si eligeretur, eius electio non valeat et ipso iure sit nulla. Et nichilominus ipsi electores puniantur per potestatem vel capitaneum vice qualibet in solidis centum. Salvo quod libere [correction above: liceat] et impune eligi [margin: talis non subiectus eligi] possit in ambaxiatorem dicti comunis, si utile fuerit pro ipso comuni.
dicti quolibet mense eorum prioratus in utilitatem comunis
prout eis videbitur. Dummodo in ipsis ducentis
libris expendendis quolibet mense non intelligatur
nec veniat expense occurrentes in dicto comuni
et que fieri expediret pro cartis, torchiis,
candelis et cera, que fierent per ipsos pro camera
dicti comunis, quas expensas tempore predicto ipsi domini
priores deliberare possint ultra dictas ducentas
libras. Item non possint aliquem massarium
comitatus Tuderti, vel suas possessiones a libra vel
latibus massariorum dicti comitatus facere elevari, vel

ARCHIVIO-BIBLIOTECA COMUNALE TODI

cancellarii. Nec possint ipsum massarium, vel suas possess(iones)
intra cives Tudertinos, nobiles vel forenses, vel de
libra ipsorum civium, nobilium vel sergentium, sive in li
bro ipsorum civium, nobilium, vel sergentium facere scribi,
vel modo aliquo applicari. Item non possit nec
debeat aliquo modo vel causa, directe vel indirecte,
seu per obliquum, vel alio quocumque colore quesito,
vexillum sive confalone populi Tudertini dare
vel concedere alicui persone de civitate vel comitatu Tuderti,
Nec aliquem de civitate vel comitatu Tuderti
eligere in confalonerium sive vexilliferum
comunis et populi Tudertini. Sed ipsum vexillum
et confalone ipsi domini priores semper penes
se et in dicto prioratus officio teneant et debeant
conservare et manutenere in perpetuum, et contra
formam presentis ordinamenti nichil in hoc
casu valeant attemptare. Contrafaciens
quilibet ex ipsis dominis prioribus penam quingentarum
librarum comunis incurrat, quam penam syndicus qui
ad syndicandos eos fuerit deputatus debeat
condempnare tempore syndicatus quemlibet priorem qui
contrafecerit in predictis. Teneantur insuper
dicti domini priores credentias eis impositas et
que imposite eis non fuerint, si eis videbatur
utile pro comuni, in secreto tenere, scilicet perpetua
les perpetuum, et temporales ad tempus. Contra
faciens in quinquaginta librarum comunis vice qualibet
puniatur. Item quod nullus dictorum dominorum pri
orum possit nec debeat alicui ex ipsis dominis
prioribus dare palluctam suam, nec alicui com
mictere vices suas. Contrafaciens in decem
librarum vice qualibet puniatur. Item dicti domini po
testates possint et eis liceat reconciliare et ad pa
cem, unitatem et concordiam reducere dictos potentes,

Capitaneum, et alios officiales comunis Tuderti, si qua
quod absit, oriret discordia inter eos. Et etiam
artes et artifices in predictis et per predictis eisdem dominis
prioribus obediant et pareant, discordanti pena centum
librarum pro quolibet contrafaciente auferenda. Item
teneantur dicti domini priores vinculo iuramenti tempore
cuiuslibet prioratus facere murari ad minus duas
perticas de muris burgorum civitatis Tuderti.
Item in quolibet Consilio tam generali quam consilio
populi, octo ad minus ex ipsis dominis prioribus
debeant interesse, qui eligere debeant dicta et consilia
illorum qui arengabunt in aliquo ipsorum consiliorum. Et
si contingeret quod proponeretur factum alicuius specialis persone
sive aliquid quod esset contra Comune, quod ipsi Priores
qui tunc in ipso consilio interessent, possint et debeant
facere unum vel plures arengare in servitium dicti comunis.
Et tales arengatores quibus iniunctum fuerit per predictos
priores arengare, antequam arengheriam ascendant,
teneantur et debeant in presentia potestatis vel Ca-
pitanei iurare ad sancta dei evangelia corporaliter
tactis scripturis, consulere super ipsa proposita ea que
utiliora cognoverit pro comuni predicto. Et predicta
potestas et Capitaneus teneantur facere observari vinculo
iuramenti. Item quod nomina dictorum dominorum priorum
elapso tempore cuiuslibet prioratus, in primo Consilio populi
quod tunc fiet, legantur et legere teneantur omnes
et singulas expensas factas per priores tunc proxime
precedentes, ex introitu ipsorum officii prioratus. Itaque
quod in ipso consilio intersit unus consiliariorum qui debeant
in ipso consilio interesse. Item
in computationibus particis in ipso consilio intersit. Te-
neantur et dicti domini priores vinculo iuramenti.
et ad penam xxv librarum pro quolibet ipsorum facere fieri inven-
tarium de omnibus et singulis rebus et massaritiis
quas habent in palatio seu domo eorum habitationis.

ARCHIVIO-BIBLIOTECA COMUNALE TODI

Et ipsas res ... teneant et debeant assignare
eorum successoribus dominis prioribus post finito tempore
eorum officii / Et ipsi domini priores novi teneant
et debeant sub vinculo iuramenti et ad dictam
penam videre dictum inventarium et res scriptas in
eo / Et si aliqua dictarum rerum et massaritiarum que
tarum in tali inventario deficeret / cogi faciant cum
effectu ipsos dictos priores veteres ad reficiendum con
tinue extimationem talis rei deficientis seu perdite /
Et quod notarius ipsorum dominorum priorum teneatur et debeat
sub dicta pena de predictis inventariis semper facere
publicum instrumentum / Et presens capitulum dictis dominis prio
ribus legatur in principio eorum officii, ad hoc ut aliqua
ignorantia ipsi domini priores de contentis in presenti capitulo
non valeant allegare. Hoc quidem statutum quia
principaliter pro conservatione, salute, et augmento pacis,
patrie, et comodis singulorum, est editum, velut
novissimum et posterius super et contra omne aliud statu
tum seu ordinamentum directo vel per obliquum
contrarium continens volumus prevalere, et robur et
prerogativam ordinandam obtinere, et eius voluntatem et
mentem effectui demandari, ac perpetuo perdu
rare, et irrevocabiliter observari. Et numquam possit
tolli, mutari, revocari, abrogari, aut in aliquo
derogari / Et non patiatur potestas vel capitaneus
aut alius officialis quod fiat aliquod consilium in
quo possit contra presens statutum aliquid dici, vel propo
ni, attemptari vel fieri. Et semper qui propone
ret seu fieret proposita de renovatione statutorum,
specialiter excipiatur in ipsa proposita quicquid esset ei
verbis vel menti contrarium. Et nullus decetero
audeat contra presens statutum in aliquo contradicere, facere,
vel attentare, aut consentire quod contra ipsum aliquid ordi
netur vel fiat / Et contrafaciens puniatur per

potatem uel capitaneum ad cuius notitia id primo uenerit in libris omnium consiliorum dicti communis. Et si potestas uel capitaneus consentiret quod fieret proposita in diminutionem uel derogationem huius statuti puniatur in libris consilii dicti communis. Et notarius Reformationum qui scriberet supradictam propositam in libris ducentis denariis communi. Et ne omnia ualeant et preualeant et roboris optineant firmitatem aliquo statuto super uel inferius posito non obstante. Quibus omnibus et singulis huic contrariis per presens capitulum abrogetur et derogetur.

f De duobus libris appodissarum dominorum priorum habendis per eos. Et de ipsorum assignatione. Et quod notarius camere similes libros habeat. Et assit in consilio quando leguntur expense. Noua. de decto.

Lxiii Item statuimus quod domini priores populi Tudertini qui pro tempore fuerint in ipso officio poratus teneantur et debeant toto tempore ipsorum officii habere et tenere apud se duos libros. in uno quorum scribant omnes appodisse sigillande per eos dicto tempore per quas mandaret per eos camerario camere communis Tuderti de soluendo aliqua pecunie quantitate de pecunia dicti communis ex uigore et auctoritate eorum officii. In altero uero scribant dictas appodisse per quas mandaret ab eisdem dicto camerario de soluendo aliqua pecunie quantitatem de pecunia dicti communis ex ui et potestate statutorum ordinamentorum seu Reformationum dicti communis. et non ex potestate uel uigore sui officii. Et quod in qualibet dictarum appodissarum exprimatur utrum ex uigore et potestate ipsorum statutorum ordinamentorum seu Reformationum expensam ipsam per ipsum camerarium fieri mandet. Et quod ipsi domini priores teneantur ultima die dicti eorum officii dictos libros sigillate sigillo communis Tuderti ipsos quod sic sigillatos ipsorum successoribus exhibere et assignare antequam de palatio ipsorum habitationis discedat.

ARCHIVIO-BIBLIOTECA COMUNALE TODI

Quod dicti Priores novi, prima die introitus ipsorum offitii, vinculo iuramenti, et ad penam decem librarum cortonensium pro quolibet ipsorum, ipsos libros teneantur et debeant assignare et tradere domino defensori civitatis Tuderti, seu alii officiali qui ad dictos processores eorum syndicandum tunc temporis fuerit deputatus. Qui quidem dominus defensor, seu alius officialis predictus, postquam ipsi libri sibi traditi et assignati fuerint, teneatur videre et examinare, utrum dicti appodisse, vel aliquid seu aliqua eorum legitime processerit et fecerit, an non. Et si invenerit ipsos dominos priores pro predictis appodisse, vel aliquam ipsorum, aliqua pecunie quantitates solvi mandasse pro dicto casu, preter quam vel ultra quam eis licitum fuisset pro forma statuti, ordinamenti, seu reformationis dicti communis, teneatur et debeat condempnare ipsos dominos priores, ad restituendum dicto communi omne et totum id quod ultra, preter, vel quam forma predictorum solvi mandassent. Et in dicto casu omnes et singuli priores qui fuerint ipso tempore in dicto officio prioratus, vigore ac fictione presentis capituli, intelligantur et reputentur fuisse culpabiles in predictis, et tamquam culpabiles puniri et condempnari debeant ut predicitur. Nisi illi vel ille contradixerit, qui legitime probaverit sive probaverint se contradixisse predictis. Et quilibet camerarius predictorum teneatur et debeat similes libros facere de appodissis predictis. Ac et dicere et assistere cum ipsis libris in consilio populi Tudertini, in quo et quando ipse expense quantitate in ipsis appodissis legerentur, et cum ipsis libris absolutare expensas predictas.

f Quod quilibet officialis communis Tuderti iuret conservare officium ~~et ordinamenta~~ dominorum Priorum \et eorum ordinamenta/. Rubrica. xxj.

xxxj Ita statuimus, quod quilibet officialis communis Tuderti, qui pro tempore erit in civitate Tuderti, habens iurisdictionem in causis civilibus vel criminalibus, teneatur et debeat iurare ad sancta dei evangelia corporaliter tactis scripturis, officium
.//. pplt. tud. ~~dictorum~~ dominorum Priorum, et eorum iurisdictionem conservare, manutenere et augere pro posse, et quod eorum ordinamenta

fca (et) facienda no(n) fac(er)e vel venire aliqua ratione / in
(contrarium) ipsa ordinamenta no(n) (contin)e(n)t (contra) p(re)sentis statuti.
ad pena(m) ducentar(um) lib(rarum) cor(tonensium).

f — Q(uod) Nullus infra annum possit eligi ad officium Prior(um) — R(ubric)a — XXII.

Lxxiii — ipsi tud(er)ti — Item statuimus q(uod) nullus q(ui) fuerit i(n) officio ~~in officio~~ d(omi)nor(um)
Prior(um) possit vel debeat eligi ad d(ic)tum officium exercend(um)
inde ad unu(m) annum post egressum sui officij. Ita
q(uod) q(ui)cu(m)q(ue) fuerit in d(ic)to officio a k(a)l(endis) Januarij usq(ue) ad
~~totu(m) mensem decemb(ris)~~ / ~~vel infra dictu(m) t(em)p(u)s~~ / no(n) possit — tunc p(ro)ximo subseq(ue)ntis alio t(em)p(or)e.
eligi vel poni int(er) illos q(ui) e(ss)e debent p(ro) an(n)o p(ro)xi(m)e sub
sequenti. ad pena(m) vigintiquinq(ue) lib(rarum) cor(tonensium). p(ro) quolibet
eligentium. Et si electus fuerit / no(n) possit nec de
beat dictu(m) officium acceptare. ad d(ic)tam penam. — civit(atis) tud(er)ti.
Set loco eius d(omi)n(u)s Capitaneus faciat alium
de bussulis extrahi modo sup(er)i(us) declarato. qui
sic extrahendus sit de d(ic)tis d(omi)nis Prioribus.
et similem h(ab)eat auctoritatem et bayliam.

f — De modo intrandi (et) d(omi)nos Priores cu(m) successorib(us) eorunde(m) — R(ubric)a — XXIII.

Lxv — Item statuimus q(uod) d(omi)ni Priores ipsi tud(er)ti et officium d(omi)nor(um) v(e)l Prior(um)
Prior(um). ~~predictor(um)~~ debeat totu(m) simul intrare ad d(ic)tum
officium exercendu(m) / et totu(m) simul exire de officio
supradicto. ita videlicet / q(uod) novi d(omi)ni Priores in
trent i(n) mane t(er)ciarum / Post quor(um) introitum
veteres d(omi)ni Priores exeant / et eis memorias reli(n)
quat q(uo)d dent de factis co(mun)is Tuderti. tunc pendentib(us).
Et duret officium d(omi)nor(um) v(e)l Prior(um) Prior(um) p(er) duos menses tm.
et de duob(us) mensib(us) i(n) duos menses. sic supius est
expressum. Si no(n) mane q(uo) aperitur cedula d(omi)nor(um) v(e)l Prior(um)
Prior(um) / vel mane q(uo) debeat intrare ad d(ic)tum officium exer
cendu(m) / aliquis sic extractus p(rese)ns no(n) e(ss)et / vel esset
eo legittima impeditus / p(ro)pt(er) qua(m) e(ss)e no(n) posset ad d(ic)tum

ARCHIVIO - BIBLIOTECA COMUNALE TODI

170v

offitium exercendum, expectari debeat per tres dies et non ultra,
Et si infra [ipsos] tres dies venire non poterit ad dictum officium
exercendum, non expectetur ulterius, set loco ipsius alius extra
hatur de illa bussula in qua sunt cedule, in quarum qualibet
scriptum est solummodo unum nomen, modo superius declarato.
Si vero non esset legittima causa impeditus, omnino per dominum
Capitaneum cogi debeat ad dictum officium intrandum, accep
tandum, et exercendum.

f De pena absentantis se in fraudem, ut non exerceat offi
cium prioratus — Rubrica — xxiiij.

LXXI Item ad obviandum astutijs et malitijs eorum qui positi sunt
in bussulis officij dominorum priorum, et qui imposterum eligentur pptu tud.
et ponentur in ipsis bussulis, qui superius frivolis causis,
se absentare nituntur, ut ad ipsum officium exercendum
non cogantur. Statuimus et hac presenti lege firmamus,
quod nullus qui esset vel erit electus imposterum, aut
positus vel ponendus in dictis bussulis et in officio [ipsorum] dominorum
priorum, decetero audeat vel presumat, ~~se absentare~~
se absentare a civitate vel comitatu Tuderti [infra] per decem
dies ante initium sui officij. Siquis autem se absen
tando contrafecerit, dominus Potestas, Capitaneus, et
defensor comunis tuderti, et quilibet ipsorum, statim quod ad ipsorum
vel alicuius ipsorum notitiam [hoc] pervenerit, teneatur per tali absen
tato suas licteras destinare ad terram seu locum ubi moratur tunc
trahens, expensis ipsius absentati, iniungendo sibi et assigna
do certum terminum infra quem debeat Tudertum sine mo
ra pariter comparere coram eis. Si autem non rediret
in termino declarato, puniatur per ~~unum~~ de eorum dominorum,
in vigintiquinque libr. cort., eadem accipiendis de facto, sine ali
x piue pme. [alicuius] formatione processus. Et nichilominus per decem
dominos, vel aliquem ipsorum, ponatur ad confinia longe a civi
tate per duas dietas, ad que confinia moram trahere
debeat per ipsos duos menses, quibus in dicto officio stare
debebat. De qua mora remictere teneatur singulis
octo diebus publica instrumenta prout videbitur ipsis dominis vel

alicui ipsorum. Salvo quod si talis absentatus habeat
legitimam excusationem infirmitatis, vel quod esset electus
in aliqua terra ad aliquod officium, facta plena fide
vel alius pertinentis de predictis, ad penam aliquam minime teneatur.

De clavibus portarum tenendis per dominos priores. Rubrica. xxv.

Lxx Item statuimus quod domini priores populi tudertini presentes tenere et habere continue
debeant claves cuiuslibet sportelli et porte veteris
civitatis Tuderti. Et ipsas portas et sportellos ad
eorum petitionem aperiri faciant et firmari.

De sigillis comunis tenendis per dominos priores. Rubrica. xxvij^a.

Lxxi Item statuimus quod domini priores populi tudertini presentes tenere et habere debeant continue sigilla et bullectam comunis Tuderti. Et nulle
littere sigillo dicti comunis ~~Tuderti~~ possint vel debeant sigillari, nisi de ipsorum dominorum priorum processerit voluntate.
Et quod non possit cum ipsis sigillis vel bullecta aliquid
sigillari vel bullari, nisi prius obtemptum fuerit inter eos
partitum secundum formam statutorum dicti comunis.

Quod domini priores ipsorum decreta scribi faciant in
voluminibus statutorum. Rubrica. xxxij.

Lxxiij Item statuimus quod domini priores populi tudertini super tenere
ant et debeant vinculo iuramenti omnia decreta, re
formationes et ordinamenta que et quas faciet in futurum
que debeant pro lege comunis observari, poni et scribi
facere in voluminibus statutorum dicti comunis. Nec
prius ipsa decreta, ordinamenta et reformationes obti
neant roboris firmitatem.

De pena priorum recipientium enxenia, comeden
tium vel bibentium cum aliquo rectore vel alio contra
certam formam. Rubrica. xxxiij.

Lxxiv Item statuimus quod domini priores populi tudertini super aliquo

ARCHIVIO-BIBLIOTECA COMUNALE TODI

eorum, vel ipsorum notorum, non possint nec debeant recipere aliquod exenium vel apportatum ab aliqua persona, vel loco durante ipsorum officio. Et non possit nec debeat comedere cum potestate, Capitaneo, vel defensore, vel cum aliquo eorum officiali, vel cum aliquo cive, vel comitatense Tuderti, ad penam decem librarum pro quolibet eorum contrafaciente. Bibere tamen possit et confectiones comedere cum predictis, absque aliqua pena. Et quod non possint ire ad comedendum de die vel de nocte extra domos in quibus morantur pro eorum officio exercendo, tempore eorum officii, ad penam predictam. Et quilibet [illegible] contrafacientem, prior ipsorum dominorum post suo [illegible] infra tertiam diem debeat domino Capitaneo denuntiare, nisi inesset causa necessitatis.

Nec etiam possint ire ad loquendum cum aliquo Rectore vel officiali iurisdictionem habente in civitate Tuderti, in palatio vel extra, Nec aliquid ei scribere, nisi sex ex eis essent presentes, pena viginti quinque librarum pro quolibet contrafaciente et qualibet vice. Et quod nullus ex eis possit alicui de predictis Rectoribus vel officialibus loqui vel aliquid dicere, nisi ex eis fuerint sex presentes, sub pena xxv librarum eorum pro quolibet eorum contrafaciente et qualibet vice. *sive scribere*

† De hiis qui non possunt esse de numero dominorum priorum populi. Rubrica. xxxvj. *eligi ad aliquod offitium vel offitium Comunis*

lxvij Item statuimus, quod in officio vel de officio dominorum priorum populi, non possit nec debeat aliquis eligi aliquis qui a tempore pacis citra, que facta fuit in millesimo trecentesimo quattuordecimo, inter guelfos et ghibellinos, tempore Nini de Mortemilono, fuerit condempnatus pro falsitate, proditione, robbaria, vel furto [illegible]. Vel aliquis [illegible] Tuderti. Vel aliquis qui non sit popularis et de populo civitatis Tuderti. Nobiles etiam [illegible] Magnates [illegible], vel adno[illegible]

Nullus [illegible] possit ad aliquod offitium generale vel speciale [illegible] Comunis [illegible] nullus [illegible]

= possit esse [illegible] vel de dicto offitio dominorum priorum. et aliquis dominorum [illegible].

Left margin: tuderti vel ad aliquod offitium Comunis Tuderti generale vel speciale [illegible] vel aliquod offitium Comunis [illegible] reddere [illegible] // de eius administratione

Right margin: exceptis illis qui rebannitu fuerunt per leggem [illegible] Capitanei civitatis Tuderti vel aliquis qui [illegible] sit suppositus [illegible] Comunis [illegible] [illegible]

x subscriptor.

anti, in dicto officio eligi non debeat. sub pena viginti
quinque librarum pro quolibet electore. Et si eligerent,
dictum officium acceptare vel operari non debeant, ad
pena predictam. De quibus, primis octo diebus officii ... ... [i. post octo dies officii cuilibet potestatis, ingressus sit in ipso officio et aliquem contra formam presentium constitutionis invenerit, eum in eadem pena condempnet. Et quod eum de facto ab ipso officio ammoveat et repellat. Et deinde el loco alterius extrahatur ad ipsum officium potestatis, prout requiritur per formam statutorum dicti comunis.]
singulorum ... Et quod dominus Capitaneus teneatur
... facere inquisitionem, et ... et quelibet quos
et que invenerint fuisse vel esse de dicto officio
contra dictam formam, eadem pena punire. in viginti quinque libris
den. cort. Et ipsi sic inventi ab officio remo
veantur. Et loco eorum modo superius declarato,
alii extrahantur de bussulis in quarum qualibet
scripta sint sex brevia, in quorum quolibet brevi
scriptum est solummodo unum nomen. Et predicta non
intelligantur de rebannitis tempore Regiminis olim
Capitanei civitatis Tudertis predicte.

[Salvis capitulis loquentibus de rectoribus comitatus forensibus dicti comunis ... quod non ob- pro capitulo, aliquibus quod non ... ... dicti comunis ... liciate et in ... eligi ... tore ... dicti comunis quorum ... communis ... expedire.]

· civium tud.

[de quo officio ... ab ipso officio removeatur et el loco alterius extrahatur, prout requiritur per formam statuti dicti comunis.]

De hiis qui non possint habere aliquod officium in Comuni - Rubrica - XXXIII

x

Item statuimus, quod nullus de civitate Tudertis vel
comitatu Tudertis qui non sit suppositus secularis curie
Tudertine in civilibus et criminalibus, et qui vel cuius
pater, vel cuius patruus sit vel fuit allibratus inter massa
rios comitatus Tudertis, vel reputatus inter larees dicti comitatus.
Et qui vel cuius pater non sit originis
Tudertine, possit de cetero eligi, seu esse de numero
· pptu dominorum priorum civitatis Tudertis. Nec exercere aliquod
officium comunis Tudertis, rationem cuius teneretur aliquam rationem
reddere. Nec esse de aliquo generali vel speciali con
silio dicti comunis Tudertis. Et si eligeretur, ex electo non te
neatur ipso iure. Et domini priores teneantur
talem prohibitum ab ipso officio removere. Et in locum
sui, si fuerit de ipso numero dominorum priorum, extrahatur
alius de illis qui fuerint in bussula ubi sunt scripta
nomina duodecim hominum pro supponendo in locum

prout per formam statuti dicti comunis requiritur.

ARCHIVIO - BIBLIOTECA COMUNALE · TODI ·

172v

mortuorum vel absentium. Et meliorum qui secundum dictam formam eligeretur et ipsum officium administraret, in decem libr. cort. pro quolibet et qualibet vice puniatur. Et electores si scienter contrafecerint, pro quolibet eorum contrafacientem et qualibet vice pena simili puniatur.

F Quod nullus teneat aliquod sigillum partis — Rubrica — xli.

LXXIII Item statuimus quod dicti domini priores populi tud. inquirant et investigent modis omnibus quibus possint, et credendum inquirere si aliquis de civitate vel comitatu tud. habet aliquod sigillum partis guelfe vel ghibelline. Et si quem invenerint habentem, cogant ipsum ad dandum eis ipsum sigillum dantis partis suspedeas. Et ipsi domini priores teneantur ipsum sigillum facere devastari. Et predicta [illegible] cuiuslibet rectoris civitatis Tuderti.

> domini potestas et cap. civitatis tud. pro tempore existentes pro civitate tud. facere teneantur.

F De palatio dominorum priorum complendo — Rubrica — xlviii.

LXXVIII Item statuimus quod qualibet certa dominorum priorum populi tud. teneantur facere fabricari in palatio ipsorum dominorum priorum, donec ipsum fuerit completum, muros saltem usque in quibus expendant ad minus quinquaginta florenos de anno de pecunia communis tud. Et ad predicta teneantur vinculo iuramenti. Et camerarius vel sindicus communis [illegible] debeat dictam quantitatem expendere et solvere ad eorum mandatum. Et per hoc ordinamentum sit precisum in qualibet parte sui, et non possit tolli, revocari vel suspendi aliquo modo vel ingenio per directum vel per obliquum.

F De pondere florenorum ordinando per dominos priores — Rubrica — L.

lxxxiiij Item statuimus quod dicti domini priores [populi tud.] teneantur et de-
beant vinculo iuramenti, ita et taliter providere,
quod florenum auri ponderetur tali modo, quod si se-
mel facti fuerint ex [iusti] ponderis, non possint si alia
vice fuerint ponderari, recusari, quin sint equi
ponderis, faciendo ipsos florenos si ipsis dominis pri-
oribus videbitur, sigillari, vel alio modo providendo
sicut eis videbitur convenire.

f De campana Monasterij maioris pulsanda pro
separatione fori boum. — Rta. liiij.

lxxvi Item statuimus quod domini priores populi [tud.] teneantur
et debeant vinculo iuramenti, quandocumque con-
gregabitur forum boum in via que est inter Mo-
nasterium maius et porta Vallis, per unum facere
pulsari unam ex campanis Monasterij maioris, ea ho-
ra qua ipsis dominis prioribus videbitur convenire. Ad cuius
sonum [dicte] campane, quilibet qui stabit in dicto foro, debeat
de ipso discedere, ad penam viginti solidorum pro quolibet contrafaciente.
et qualibet vice, contrafacienti de facto auferenda.
Et quod [dicti] domini priores teneantur facere mictere bannum
ex notarijs potestatis vel capitanei [civitatis tud.] qui exsequatur et [dicto]
exigat [dictam] penam ab omnibus [et singulis] qui contrafecerint in predictis.
Et michonmius teneantur predicta omnia banniri facere
quolibet die sabbati, quo in dicta via forum boum fuerit
congregatum, illa hora qua ipsis dominis prioribus
videbitur convenire.

mictantur hec duo capitula que sunt in sequenti quaterno f. xiiij

f
cx Quod apponatur in Consilio populi de facto Pompognani et apparatu. Nonum cap.

~~lxiij~~ Item statuimus quod domini priores populi [tud.] qui pro tempore
fuerint, teneantur et debeant ad minus semel in anno

Biblioteca Comunale Todi

de mense Maij, facte fieri proposita in consilio populi dicte
civitatis, quid sit agendum per dictum Comune de actoami
ne, actatione et reparatione pop(u)lorum et appartinentiis.
Et ad hec ut possessiones ~~et territoria~~ existentes
~~et existentia~~ in territoriis dictorum locorum [seu aliorum] ~~quibuslibet~~ ipsorum
comode et pacifice laborent, colant, usufructent,
et possideant per cives et comitatenses [tud.] ad quos ipse
possessiones pertineant. Et quid sit agendum super
~~predictis~~. Et quicquid per ipsum Consilium delibera
bitur, executioni mandetur.

pro ceteris de civibus sive co mitatensibus tud. per eos

vedje i dyo carta i folio

f

Quod non possit ingredi [vel aliquis] per Rectore(m) qui aliquo suo
tempore fuerit in officio prioratus. Et quod in aliqua
causa alicui potius non procedat.

scilicet in iiij. di. cca. pn.

Item statuimus, quod nullus Rector civitatis Tud.
possit ingredere qui aliquo ex potestatibus quo tempore ipse Regis
~~Rectoris~~ fuit in officio prioratus. Possit tamen
procedere successor [ei], si per aliquem ipsorum maleficium aliquod
committeret. Et non possit procedi criminaliter ut
civiliter in aliqua causa alicui de numero dictorum priorum populi Tud.
dum [vel ipse] fuit in [vel ipso] officio prioratus. Ita tamen quod tempore notarii cuius officii
currat durante ipso officio, sed stent in eo statu (scilicet non)
in quo erat ante principium sui prioratus.

f

De censu solvendo in Comune Tud. per Comune Interampne — Rubrica — xxxvij.

Lxxvi

Item statuimus quod domini Priores populi qui fuerint de
mense Jan., Febr., Martij et Aprilis, vinculo iuramenti,
ipsis mensibus, et quolibet eorum, ingtat, sollicitent, et mone
ant ea procuratores quod per licteras, semel et pluries, et quo
tiens opus fuerit, Comune et homines Interampne, ut
singulis annis solvant censum debitum Comuni Tudertii,
in kalendis Maij, sicut tenentur et promiserunt. Et utantur
et adhibeant omnes cautelas et remedia oportuna

ita et taliter, quod census ipse omnino solvatur per Interampnenses
in termino supradicto. Et si censum ipsum solvere ne
glexerint in ipso termino, omnes et singuli toti anni dominorum
priorum populi subsequentes, sub vinculo iuramenti, conentur
ad posse adinvenire modos et vias quos et quas po
terunt, ita iuste quod fieri, ita quod census ipse omnino sol
vatur. Cuius census solutio fiat in consilio generali
civitatis Tuderti, in quo ad minus centum consiliarii ipsius
consilii debeant interesse, per syndicum pro dicto communi Inter
ampnis ad hec legitime ordinatum.

f De ceris et palliis communium Amelie, Podii Ae
quani, Montechii et Cesarum. — Rubrica — XL.

lxxvii Item statuimus, quod cere presentande communi Tuderti
per commune civitatis Amelie. Et pallia offerenda
per commune castri Podii Aequani, et per commune castri
Montechii vallis Spoletane, et per commune castri
Cesarum, in vigilia festi beatissimi Fortunati, in pe
de scalarum palatiorum dicti communis coram dominis potestate
et capitaneo civitatis Tuderti et dominis prioribus populi Tuderti
per syndicos ipsorum terrarum de novo tunc ad hec legitime
ordinatos, habitis inde publica instrumenta, annuatim sin
gulis presententur. Et si tunc predicte contra
fecerint in predictis, dicti domini priores modis
omnibus quibus possint ipsa coram ad predicta observationem
effectualiter cogere teneantur.

f De syndicatu dominorum priorum populi et eius forma. — Rubrica — XLI.

lxxviii Ad hoc ut barattarie, fraudes, illicite extorsiones
et indecentia lucra cessent, providentes statuimus
et ordinamus, quod domini priores populi Tuderti et quilibet
qui fuerit in ipso officio prioratus, syndicari debeat in
hac forma, videlicet: quod dominus defensor qui pro tempore

ARCHIVIO-BIBLIOTECA COMUNALE TODI

fuerint, vel alius officialis qui ad syndicandum ipsos dominos prio-
res fuerit deputatus, teneatur et debeat vinculo iuramenti
prima vel secunda die post finem officij cuiuslibet prioratus
publice bannum facere ad duas tubas in platea communis
Tudertini, et in alijs locis solitis ipsius civitatis Tuderti, quod quicumque
vellet aliquid dicere, petere vel exigere aliquem vel ab aliquo
ex dominis prioribus populi qui fuerint in officio prioratus tunc
proxime precedenti, sive aliquem ex ipsis dominis prioribus
voluerit accusare, seu contra eum aliquid petere ratione vel occasione
alicuius barattarie, extorsionis, renedarie, falsitatis,
vel lucri illiciti, occasione dicti officij, et in dicto officio per ali-
quem ex ipsis dominis prioribus facte, commisse, vel perpe-
trate. Vel quod aliquis ex ipsis dominis prioribus aliquid
gessisset vel fecisset in ipso officio prioratus contra formam
statutorum vel ordinamentorum communis et populi Tuderti. Vel contra statum
pacificum et quietem publicam dicti communis et populi, vel contra
iurisdictionem, et in diminutionem iuris et iurisdictionis
communis et populi Tuderti, infra decimam diem, a die ipsius bannimenti,
coram ipso domino defensore, vel officiali, debeat comparere,
recepturus iustitie complementum. Et nichilominus
ipse dominus defensor, vel officiales, possit, teneatur, et
debeat, ex vigore sui officij, cum promotore et sine,
inquirere, et investigare modis omnibus quibus potest contra
omnes et singulos qui fuerunt in ipso officio prioratus, de
omnibus et singulis que ipsi vel aliquis eorum habuissent vel
recepissent, sive habuisset vel recepisset per se vel
alium, quocumque modo, de bonis, pecunia et avere dicti communis,
vel alicuius universitatis, sive alicuius specialis persone, contra
vel ultra formam statutorum, ordinamentorum vel reformationum communis et
populi Tuderti. Et de qualibet alia barattaria, ex-
torsione, renedatia, falsitate, acapto, vel frau-
de, seu lucro illicito, per eos vel aliquem eorum factis, co-
missis et receptis in dicto officio, et occasione ipsius officij.
Et si quis eorum de predictis vel aliquo predictorum reus in-
ventus fuerit, puniatur et condempnetur per ipsum dominum

syndicatore, i[n] tot ducatis den[ariorum] co[mmun]is dicto co[mmun]i effectua
lit[er] applicandis. ac i[n] p[er]petue infamie nota ipso iure
incurrat, nec de cetero ad aliq[uo]d d[ic]ti co[mmun]is offitium
seu beneficium admictat. ¶ Et easdem penas in
currat quilibet alius q[ui] p[re]dicto[rum] malefico[rum] vel alicuius
eo[rum] tractator, cohoperator, seu particeps extitit
quoquomodo. ¶ Nisi ipsi syndicatori, t[em]p[o]re syndicat[us]
talis p[otes]tatis, [et] i[n]fra t[er]minum assignatum in bannimento,
q[uo]d occ[asi]one talis syndicamenti, ex parte d[ic]ti syndicato
ris fiet, talia malefitia, seu tale malefitium p[ro]pa
lauerit. quo casu, talis p[ro]palator a d[ic]tis penis tota
lit[er] sit exceptus. ¶ Et nichilominus in casu predicto,
totum [et] q[ui]dq[ui]d d[ic]to p[otes]tati, sic ut p[re]mictitur, illicite de
derit, effectualit[er] ab ipso p[otes]tate restituat eidem.
¶ Et q[uod] sup[er] p[re]dictis examinandis, cognoscendis, [et] in
vestigandis, dict[us] d[omi]n[u]s defensor, seu officialis pos
sit [et] debeat contra tale[m] p[otes]tate[m] sic ut p[re]mictitur delin
quentem, p[ro]cedere p[er] modum [et] viam Inq[ui]sitionis, accusat[ionis],
denuntiat[ionis], [et] simplicis petitionis. breuit[er] [et] summa
rie, ac de plano, et sine strepitu, [et] figura iudicij,
etiam dieb[us] feriatis, ad honorem dei inductis. ¶ Et
i[n] predictis, q[ui]libet sit legitim[us] accusator. ¶ Que
quidem si p[ro]bata fuerint p[er] unum testem de visu, vel p[er]
decem de fama publica deponentes. seu p[er] alia
p[ro]babilia [et] legitima inditia, possit [et] debeat d[ic]t[u]s
d[omi]n[u]s syndic[us] contra tale[m] p[otes]tatem p[ro]cedere ad torturam, donec
ipsa malitia, seu ipsum malefitium confiteat[ur]. ¶ Et tandem
secuta confessione predicta, eundem in d[ic]tis penis condempnet.
¶ Et q[uia] ut plurimum, talia fiunt occulte, [et] ne de
p[re]dictis possit veritas occultari, statuim[us], q[uod] idem
d[omi]n[u]s defensor, seu officialis, possit [et] debeat teat[ur]
[et] pluri[es] compellere omnes q[ui] de predictis senserint, seu
quos scire crediderit veritatem. ut i[n] p[re]dictis et
sup[er] p[re]dictis sibi pandant [et] notificent veritatem. ¶ Et
tene[atur], si q[ui]s contra aliquem ex p[re]dictis d[omi]nis p[otes]tatib[us] i[n] q[ue]reti
monia detulerit ciuilit[er] vel criminalit[er] aliquod de

ARCHIVIO BIBLIOTECA COMUNALE TODI

175v

predictis maleficiis, coram dicto syndicatore tempore ipsius
syndicatus, et in probatione defecerit, puniat per dictum
syndicatorem, inde qualibet in centum libr. ¶ Volu-
mus insuper statuentes, ne dicti domini priores de pre-
dictis maleficiis pertranseant impuniti, quod quolibet
anno de mense Januarii per dictos priores populi et per consules
artium, et per vigintiquattuor secreti consilii populi
dicte civitatis, tunc temporis in ipsis officiis residentes,
eligatur unus officialis forensis cum uno notario et cum
familia, salario, atque pactis, et pro eo tempore, de quibus
et prout ipsis dominis prioribus, consulibus et vigintiquat-
tuor, expedire videbitur. ¶ Qui officialis, omnes
et singulos qui infra annum tunc proxime preteritum retro,
ante ipsum mensem Januarii, fuerit in ipso officio
potestatis, syndicet de omnibus et singulis predictis
maleficiis dicto tempore in dicto potestatis officio, et eius pre-
textu et occasione, per ipsos vel eorum aliquem commissis et per-
tractatis. ¶ Et inventos culpabiles, in penis predictis
puniat et condempnet. ¶ Non obstante, quod ipsi ipsius ipsum
tempore syndicati et absoluti fuissent per ~~dictum eorum syndi-~~ dominum defensorem vel alium officialem ad ipsorum syndicamentum hactenus committitur deputatum
~~catorem~~ super inquisitione generali, seu particulari, per
dictum eorum syndicatorem ex officio suo contra eos formata. [interlinear: vel aliquem ipsorum]
¶ Et super predictis examinandis, cognoscendis, inve-
stigandis, diffiniendis, et exequendis, dictus officialis
eandem potestatem, bayliam et auctoritatem habeat, ac procedat et
procedere teneatur contra ipsos potestates, in omnibus et per omnia prout
superius in persona domini ~~defensoris~~, seu alterius officialis qui
ad eorum syndicamentum hactenus deputatus existat,
plenius continetur. ¶ Preterea duximus providendum
ad hoc ut ipsi domini priores qui deinceps fuerint in ipso
officio potestatis plenam habeant notitiam predictorum, quod can-
cellerius sive notarius ~~maleficiorum~~ reformationum dicti comunis
teneatur et debeat vinculo iuramenti, et ad penam
~~decem librarum~~, presens capitulum infra duos dies initii
officii cuiuslibet potestatis, ipsis dominis potestatibus ad ipsorum plenam c[ognitionem]

pfecta intelligentia, lege(m) et notificare. Et q(uod)
ijdem d(omi)ni Priores uinculo iuramenti teneantur p(rese)ns
Cap(itu)l(u)m in primo Co(n)silio quod t(em)p(o)re dicti eor(um) offi
cij fecerint co(n)gregari, cora(m) ip(s)is co(n)siliarijs publi
ce et alta uoce p(er) dictum notariu(m) reformat(ionum) legi facere
uulgarit(er) et distincte.

f
De auxilio dando p(er) d(omi)nos Priores i(n) syndicando precessores eor(um), et alios officiales. R(ubric)a. lxxvij.

xxxvj Item statuimus, q(uod) d(omi)ni Priores p(o)p(u)li Tud(ertini) q(ui) p(ro) t(em)p(o)re
fuerint in ip(s)o officio prioratus, quotiens requisiti fue
rint p(er) d(omi)n(u)m defensorem, uel aliu(m) officiale(m), qui
ad syndicandu(m) eor(um) precessores in d(i)c(t)o officio pri
oratus, uel alios officiales d(i)c(t)i co(mmun)is, fuerit deputatus,
eidem p(re)state in d(i)c(t)o syndicamento, ip(s)or(um) auxilium
consiliu(m), et fauore(m), prout queri(n)t et expedient
fuerit. Et i(n) (con)trariu(m) quoquomo(do) nichil facere uel
acte(m)ptare, sub pena libr(arum) centu(m) p(ro) quolibet eor(um)
(con)trafaciente.

f
De modo syndicandi officiales eligentes aliquem per symoniam, seu (contra) forma(m) stat(utorum). R(ubric)a. lxxviij.

xxxiiij Item statuimus, q(uod) d(omi)n(u)s defensor ciuit(atis) Tud(erti) tene
atur diligenter inquirere de quoc(um)q(ue) officiali d(i)c(t)i
co(mmun)is q(ui) elegisset aliquem ad aliquod officium publicu(m)
d(i)c(t)i co(mmun)is, p(er) symoniam, siue baractariam, seu al(iter) (contra)
forma(m) stat(utorum), ord(inamentorum) uel Reformat(ionum) d(i)c(t)i co(mmun)is. Et
repertu(m) culpabilem debita pena (con)dempnet. Et
sup(er) predictis p(ro)cedat et p(ro)cedere possit breuit(er), su(m)
marie, et de plano, et sine strepitu, et figura iu
dicij.

f
De electione et officio not(arii) Reformat(ionum). R(ubric)a. lxxix.

Lxxx Item statuimus, q(uod) notarius positus et electus ad reforma
tiones (con)siliorum co(mmun)is Tud(erti), no(n) possit e(ss)e de familia d(omi)ni
potestatis, Capitanei, uel alicui(us) officialis d(i)c(t)i co(mmun)is. ~~Tuderti~~

176v

nec cum aliquo eorum moratus. ¶ Et non possit esse de
aliqua terra sita prope civitatem Tuderti per triginta miliaria.
Vel de aliqua terra patrimonii vel ducatus. ¶ Cuius
electio fiat per consilium populi dicti comunis, cum eo salario,
cum illis pactis et conditionibus et pro illo tempore, quod sic dictum consilium duxerit ordi-
nandum. ¶ Qui notarius teneatur et debeat scribere
propositas et reformationes omnium et singulorum consilio-
rum dicte civitatis, et licteras mictendas per ipsum comune,
et electores omnium officialium dicte civitatis, et nomina
electorum ipsorum. Et nomina omnium custodum civitatis Tuderti
de nocte et de die, ad alteram et ad terram, Et nomina
omnium sergentium et castellanorum. ¶ Et omnia iusta
syndicatum que fierent per dictum comune ¶ Et rogitus ipsorum
iustorum extense mictere teneatur in libro, sicut
scribet ipsa iusta publica ipsorum syndicatum. ¶ Et
etiam ipse notarius teneatur exemplare ipsa iusta et alias
scripturas in suo officio, vel occasione sui officii occurrentes.
Et generaliter omnes alias, ipsi comuni et pro ipso comuni opportu-
nas. Et eas in publica forma reducere pro dicto comuni.
quotiens ipsi comuni fuerit opportunum, sine aliqua mercede
pro eum inde percipienda ab ipso comuni, vel ab aliqua singula-
ri persona. ¶ Ita tamen quod dictus notarius non possit nec debeat
rogari de aliquo contractu vel scriptura aliqua conficienda, que non pertineat ad
~~[illegible]~~ dictum suum officium, tempore dicti sui officii. ¶ Nec
scripturam aliquam in suo officio occurrentem, vel non,
in publica forma redigere, cum mercede seu salario
vel sine, ad petitionem alicuius singularis persone, loci,
collegii, vel universitatis, sed predicta facere teneatur
solum ad petitionem et comodum dicti comunis ~~Tuderti~~, ut supra
dictum est. ¶ Et si secus dictus notarius fecerit, penam
librarum centum cortonensium ipso facto pro qualibet vice incurrat.
¶ Et nichilominus tali sue scripture nulla fides adhi-
beatur. ¶ Teneatur tamen dictus notarius ipsas scriptu-
ras cuilibet exemplare volenti copiam ~~exhibere~~ sumi premictere.
¶ Et quod ipse notarius non possit nec debeat aliquo colore

quesito, directe, vel indirecte, in civitate Tuderti ali
quid percipere, vel lucrari a dicto comuni, seu ab aliqua
universitate, vel spetiali persona ecclesiastica vel laicali, cuiuscumque
status, ordinis, vel conditionis existat, nisi tantum salari
pro eum comune ei promissum. ¶ Item quod dicti notarii teneantur
et debeant fideliter et legaliter exercere officium re
formationis et ordinamentorum comunis et populi Tuderti, fiendas
per dominos priores populi Tuderti, seu per consciencias co
silium dicti comunis, vel populi. ¶ Nec intersit co
silio credentie, nisi de voluntate ipsorum consiliariorum processe
rit. ¶ Item quod potestas vel capitaneus contra
dictum notarium nullam habeat iurisdictionem, nisi pro male
ficio seu excessu, si quod vel si quos per eum comicteret,
quod absit. ¶ Et stare debeat in eo loco in quo dictis
dominis prioribus videbitur et placebit. ¶ Et omnia in hoc
capitulo contenta dicto notario in sua electione intimentur.

F Quod in qualibet appodissa notarius officii se subscribat.
— Rubrica — xxviiij.

LXXXI Item statuimus, quod notarius officii dominorum priorum populi Tuderti,
qui modo est, et pro tempore fuerit, teneatur et debeat
ponere in omnibus appodissis solutionum que sigillantur per
ipsos dominos priores, occasione expensarum fiendarum per ipsum comune
Tuderti, nomen ipsius notarii, et officii ipsorum dominorum priorum,
et diem, et indictionem.

F De electione et officio camerarii, et eius notarii — Rubrica — lxx.

unus bonus et sufficiens civis forensis per consilium populi Tuderti.
LXXXII Item statuimus, quod eligatur camerarius camere comunis
Tuderti, ~~habeat per consilium populi~~ ~~qui eligatur~~
~~unus camerarius forensis~~, qui habeat unum
notarium, qui scilicet et debeat ~~esse cum dicto camerario~~ ad ipsum offi
cium exercendum. ¶ Qualiter non eligantur predicti per eo tempore et cum eo salario et eo modo, prout dicto consilio placuerit.
~~Camerarius et notarius quanto tempore durare eorum offi
cium, et quod salarium habere debeat~~, remaneat in

ARCHIVIO BIBLIOTECA COMUNALE TODI

177v

arbitrio dicti consilii. Et quilibet Camerarius iuret suum officium exercere in hunc modum, scilicet: Ego Camerarius iuro ad sancta dei evangelia omnem pecuniam mihi dandam tam per libellis sive petitoribus quam aliis quibuscumque de communi, et quam mihi pro ipso communi aliqua quantitas pecunie solvetur, scribi facere per notarium in qua(ter)num. Et incontinenti predictos libellos sive dictas petitiones mihi dabunt, et quod eos vel eas recipiam, salarium debitum mihi solvi faciam. Et res ipsius communis et palatii salvabo bona fide sine fraude. Et retinebo tertiam partem introitum pervenientium ad me pro militibus et servientibus curiae communis Tuderti, ad comodum et utilitatem ipsorum et aliorum qui debent habere scortas a dicto communi. Et ipsam tertiam partem dictorum introituum distribuam et solvam ipsis militibus et servientibus curiae communis Tuderti. Et illis qui dictas scortas debent recipere secundum ordinamenta populi ipsius communis. Et post depositionem mei officii si aliquid remanserit apud me de dicta pecunia illud integraliter successori meo, ad comodum ipsorum militum et servientium et aliorum qui dictas scortas debent recipere, restituam et reassignabo cum nominibus et pronominibus illorum qui suprascripta reliqua eidem meo successori nomina singulorum quibus partes scortarum sibi debite soluite non fuerint. Et si predicta non fecero, sindicus qui me sindicabit me condempnet et puniet. Et teneatur recipere totum id quod percipit de pedagiis dicti communis et ponere cum alia tertia parte introituum predictorum pro dictis militibus et servientibus et pro illis qui debent dictas scortas recipere a dicto communi. Et teneatur ego Camerarius dictam tertiam partem omnium predictorum introituum dicti communis et etiam totum id quod de pedagiis predictis percipere solvere, dividere et distribuere inter eos inter dictos milites et servientes et illos qui dictas scortas debent recipere ab ipso communi tribus vicibus in anno, scilicet in festo nativitatis domini, in festo pascatis resurrectionis domini, et in festo sancti Fortunati. Et ipsam pecuniam tenere sub illata usque ad tempus ipsius

---

Margin notes (right):

per communi Tuderti

et quod dictos libellos sive petitiones non recipiam nisi prius debitum salarium mihi pro dicto communi solvatur.

Tuderti et paliis qui a dicto communi debent scortas recipere.

introituum, ac etiam totum id quod de dictis pedagiis percipio distribuam inter eos tribus vicibus videlicet in festo nativitatis domini, in pascate resurrectionis domini et in die festi sancti Fortunati.

quibus partes scortarum sibi debite solute non fuerint.

quod id totum solvere et distribuire inter eos.

Margin note (left):

ac etiam totum id quod percipit de pedagiis dicti communis.

Et ecce ... [illegible] | ... firmata fuit ... | ... districtu ... | ... | ... 1

Volume n 4 numeri n 50

f De Iurisdictione potestatis et Capitanei et eorum Iudicum maleficiorum in causis criminalibus — R(ubric)a — j.

Quoniam humana superbia maiores noxias extenderet in immensum, nisi esset qui ministeret iustitie, que eius trasgressiones reprimeret — Idcirco necessario extimauit cor ciuitatis Tuder(tine) Iustitie ministros habere, qui malis hominibus eam purgent, et maleficia ulciscantur. Igitur presenti lege perpetualiter ualitura duximus statuendum, quod Potestas et Capitaneus ciuitatis Tuderti, qui nunc sunt, et pro tempore fuerint, et quilibet eorum, habeant merum et mistum Imperium, et omnem iurisdictionem in ciuitate et comitatu Tuder(tino). Et quod tam ipsi potestas et Capitaneus, quam et ipsorum Iudices per eos ad maleficia deputati, et quilibet eorum, de omnibus et singulis maleficiis, que in ciuitate, territorio, siue districtu Tudertino committentur tempore sui regiminis. Et de commissis retro infra duos menses. Et de homicidio, robaria, proditione, falsitate, et assassinio, commissis retro infra annum — possit et debeat procedere et cognoscere, per accusationem, denuntiationem, uel inquisitionem. Et de ipsis, et super ipsis, dicti potestas et Capitaneus, et quilibet eorum, cognoscere, procedere ac pronuntiare. Dicti quoque Iudices maleficiorum, et quilibet eorum, cognoscere atque procedere possit et debeat diebus quibuslibet, tam iuridicis, quam feriatis, etiam ad dei honorem inductis, omnibus quoque aliis iuris sollempnitatibus pretermissis, seruata dumtaxat in et omnibus predictis, et circa ea, substantia et forma statuti comunis Tuder(tini). Et quod dicti potestas et Capitaneus, et quilibet eorum, dicta maleficia penis debitis cohercere ac punire teneantur iuxta tenorem et formam probationum, super ipsis casibus maleficiorum factarum. Consideratta in ipsis probationibus, solum substantialitate seu essentialitate ipsorum maleficiorum obiectorum. Non autem forma uel qualitate quacumque, circa ipsorum maleficiorum, seu penarum de ipsis imponendarum aggrauationem, siue alleuiationem, in ipsis accusationibus, denuntiationibus, uel inquisitionibus apposita uel adiecta. qua et non probata, nichilominus de ipso malefitio iuxta probationis formam mensuram, pena debita imponatur.

// ip(s)a(r)umq(ue) probationum

Ista clausula ... deratta etc. re(s)pondeat cum statuto ...

f De Citationibus et examinationibus in maleficiis faciendis, et eorum forma, et ordine. et quod pauperibus in certis casibus non cogatur dare fideiussores — R(ubric)a — ij.

Seruabatur in capitulo septimo i. di. vij. carta — sub ... notificatione ...

iij Statuimus, quod in Citationibus et examinationibus in causis et super casibus maleficiorum fiendis, procedi debeat forma

ARCHIVIO-BIBLIOTECA

et ordine iuris. Videlicet quod quilibet accusatus denuntiatus
vel inquisitus contra quem procederetur de aliquo vel super aliquo malefi-
cio de quo pena aliqua imponenda veniret per formam alicuius capituli
statuti communis Tuderti, debeat citari tribus diversis diebus,
et per diversos baiulos dicti communis personaliter vel saltem ad domum
sue solite habitationis, alicui vel aliquibus de sua familia maiore sive
maioribus quactuordecim annorum vel saltem alicui vel aliquibus de
suis vicinis etatis predicte, audiente sive audientibus, quod
veniat ad se excusandum et defendendum ab accusatione denuntiatione
vel inquisitione que fiet contra eum, coram Rectore vel officiali qui
procederet contra eum, in primam diem si talis reus habitaverit in civitate
Tuderti, et in tertiam diem si in eius comitatu habitaverit, a die
facte commissionis in aliquam computandos, ipsa die dicte commissionis in dictis
terminis vel aliquo ipsorum minime computata. Quas quidem
citationes et quamlibet earum suprascriptos terminos continentes notarius
curie maleficiorum dicti communis fieri faciat per duos baiulos in scrip-
tis cum cedula continente totam seriem et qualitatem male-
ficii sive maleficiorum, cui vel quorum accusatio procedet. Et
quod ipsi baiuli in singulis huiusmodi citationibus per eos fiendis,
dictam cedulam citatoriam apud ipsum citatum si eum personaliter
citaverint, vel apud domum sue habitationis alicui de dicta
sua familia, vel saltem apud unum de dictis suis vici-
nis dimictere teneantur. Et si aliter fieret non va-
leat ipso iure. Si vero talis accusatus denuntiatus vel
inquisitus tunc temporis non habitaret in civitate, burgis, vel
subburgis, seu in districtu Tuderti, notificetur per
licteras et baiulum dicti communis ex parte illius Rectoris sive
officialis qui de ipso maleficio procederet contra eum, Rectori
vel officiali civitatis, castri, vel loci unde talis accusatus
denuntiatus vel inquisitus oriundus esset, seu ubi domici-
lium haberet, exprimendo ipsi communi Tuderti causam propter quam proce-
cu(m) sua familia, similem denu(n)tiat(ionem) (et) relatione(m) facere
i(n) aliis triginta dies, p(ost) p(re)d(i)c(t)os alios triginta dies, elap
sos, immediate sequentes. Q(uo)d si na denu(n)tiatione facta
p(er) aliquem ex eis, nulla pena d(i)c(t)a occasione talis universitas
patiat(ur). Aliquin d(i)c(t)is t(er)minis elapsis, q(ui)libet talis habita
tor ipsi(us) castri vel ville, q(ui) fuerit etatis legitime, ac
sanus mente (et) corpore, puniat(ur) p(ro) quolibet tali maleficio

non comitatu vel potestatis in x s. cor. Ita tamen quod si ita acciderit
quod in aliqua domo plures ~~cont~~ quam duo in ipso castro vel villa similiter
habitaverint, non possint nisi duobus puniri. Cum pene nulla
parum inhabitatibus volumus subiacere.

Quod suppositus puniat qui non supposito minas vel violentias
inferente. ———————————— Rubrica

CXI Item statuimus quod dicte civitatis non suppositus iurisdictioni communis Tuderti et omni
libere et contumaciter, contra aliquem tudertinum suppositum iurisdictioni predicte commiserit
~~committat~~ aliquod delictum mallum contra tenor infrascriptis capitulis de
quibus sit modo in capitulo ~~dicto~~ quod eorum presenti. sequitur contineat, et gravior consanguineum ma
sculum ex linea paterna, ubicumque usque ad tertium gradum iurisdictioni subiaceat dicti communis pro tali
eius consanguineo non subiecto, pena solvere, que dicto de tali malleficio
imponeretur si dictus iurisdictioni esset subiectus. Salva semper erit
veritate. Cum hoc presenti capitulo non intendimus neque volumus in aliquo
derogari.

Quod pena corrumpentis sive cognite acceptantis carnaliter aliquam
honestam mulierem, et quod in hoc casu magnates magis
puniantur, et quod capiens talem mulierem in uxorem tota
liter sit inpunitus. ———————————— Rubrica.

CXII Item statuimus quod mulieris violenter carnaliter corrumpat seu cognite
acceptet aliquam honestam mulierem, quod autem contra fecerit, si fuerit
popularis, ut puta populari pena secundum formam statuti dicti communis. Et si talis mulier
fuerit nupta, sive virgo, in CCC libr. cor. puniatur. Si vidua
in C libr. cor. Si autem non violenter, puniatur in medietate
dictarum penarum. In predictis casibus predictorum. Et quod in dictis casibus, et quo
libet eorum, contra talem malefactorem sufficiat probatio trium
testium deponentium de publica fama, cum aliquibus probabilibus et aliis
similibus indiciis, suspectionibus, sive coniecturis. Si vero talis
malefactor fuerit magnas et potens de civitate vel comitatu
tuderti. ~~et~~ .i. pro magnate et potente habitus secundum formam statuti dicti
communis ~~tud~~ et talis mulier fuerit filia, soror, vel uxor alicuius
civium vel comitatus tud. .i.
popularis, ut pro populari habiti secundum formam statuti ~~predictorum~~. puniatur in quolibet
~~dictorum~~ casuum predictorum dictarum penarum. Et ultimum hoc casu sic
dicte et potate quod capitulis ipsius dicte determinatur loco dimittatur. Si autem
dicta malla, vel aliquod eorum commissa fuerit, seu commissum fuerit ita

218 v

domum habitat talis mulieris. puniatur talis malefactor in quolibet

dictorum casuum. In . l. libr. cor. vel penas dictas. Et insuper puniatur

de aliis excessibus quos fecit in ipsa domo commisisset secundum formam

statutorum dicti com. Ita tamen quod potestas sive capitaneus / civitatis / studii. vel aliquis

eorum sive alius eorum judex / non possit nec debeat ~~neque posse / nec~~

~~debeat~~ de predictis malleficiis / vel aliquo eorum cognoscere vel pro-

cedere. Nisi per viam accusationis et denumptiationis facte de tali malle-

ficio per ipsam mulierem / seu per eius maritum / patrem / filium / matrem / vel

fratrem carnalem / si ipsi vel aliquis / talis mulieris haberet.

Aliorum / per propiorem consanguineum ipsius usque in secundum gradum

inclusive. ex linea paterna. sive materna / seu suos defficientibus /

per quemcumque alium propiorem consanguineum. ex paterna / sive materna

linea. Quod nullus contra aliquod capitulum vel bille dicti com.

neque aliquis aliud quod per formam statutorum dicti com. teneatur denumptiare

malefficia. ad denumptiationes huiusmodi malleficia teneatur. Et si de-

nunptiaverit / ~~eorum~~ denumptiatores non admictatur. nec super eis

procedi possit vel debeat quoquo modo. Hoc intellecto quod

si tale malleficium fuit contra aliqua virginem / sive vidua [illegible].

et talis malefactor eam in uxorem acceperit de consensu eius

sanguineorum talis mulieris / eo casu / talis malefactor nec

de tali malleficio / nec de aliquo introytu sive qualitercumque fecisset

contra de camera in domum habitationis talis mulieris / nec etiam de

percussionibus per eundem in talem mulierem vel eius sanguineos ~~dicta occasione illatis~~

~~vel illatas~~ puniatur. Quinymmo. et si talis malefactor pro

ipso matrimonio iam extiterit condempnatus / vel condempnatus

tamen de tali malleficio extitisset. eo casu rebannatur et liberetur

ab ipso banno et condempnatione. Et quod ille qui post tale bannum /

talemque condempnationem absque aliqua solutione / vel aliquo eius

inpensu debeat cancellari. Et quod omnia dicti potestas et capitaneus /

~~[illegible]~~ debeat talis extiterit

per condempnationem. eam quod fieri / et exequi facere ~~cum effectu teneatur~~.

Ceterum si tale matrimonium dictum post talis malefactoris fuit

postmodum pronumptiatum et declaratum esse et fuisse nullum et ali-

quo modo nullum. eo casu predictis non obstantibus / nec et aliquo

lapsu temporis / talis malefactor dicto pene malleficii puniatur.

Non obstantibus omnibus et singulis aliis capitulis statutorum dicti com. ~~[illegible]~~

~~[illegible]~~ et quibuslibet aliis iuri in contrarium loquentibus / ad unum penale.

- ipsorum (margin, beside line 11)

- sive condempnatum tamen. (margin)

De sodomitis et eorum pena — Rubrica

Cxiij Item statuimus quod potestas et capitaneus civitatis Tuder(ti)
et quilibet eorum teneantur secundo mense sui regiminis
facere inquisitionem sollempnem contra omnes et singulos nefan-
dam libidinem cum masculis exercentes, et eorum leno
nes, et super ipsa inquisitione debeant examinare ad de civitate
minus quinquaginta testes fidedignos, et repertos
culpabiles propalare et manifestare debeant in
publica contione, necnon eorum quemlibet condempnare
condempnatio in centum libr. cort. Et si talis condempnatus ipsam
condempnationem solvere non poterit, ligatus membris
genitalibus, fustigetur per civitatem Tuder(ti). Et deinde
de dicta civitate et eius districtu eiciatur, adeo quod
ad dictam civitatem vel eius districtum in perpetuum
non redeat sub pena predicta. Et quod contra talem
malefactorem procedi possit et debeat ad torturam
si de ipso maleficio probatum fuerit contra eum per sex saltem
testes de publica fama, seu si contra eum extent
inditia que de iure sufficiant ad ipsam questionem
seu torturam ~~de eo~~ habendam.

De hereticis scismaticis et eorum receptatoribus — Rubrica

Cxiiij Nullus hereticus seu scismaticus cuiuscumque generis seu cognominis
censeatur, audeat stare seu moram trahere in civi-
tate vel comitatu Tuder(ti). Nec aliquis eum in dicta civi-
tate vel comitatu audeat receptare. Contrafacientem
volumus per potestatem seu capitaneum dicte civitatis pena
legitima plectendum esse censemus.

De pena blasfemantis deum vel sanctos — Rubrica

Cxv Item statuimus quod nullus audeat vel presumat
maledicere vel blasfemare deum, vel beatam virgi-
nem Mariam, aut aliquem sanctum vel sanctam dei, alio
modo vel causa. Contrafaciens volumus blasfemando

Biblioteca Comunale Archivio Todi

uel maledicendo deum, uel beatam virginem mariam, in libris centum, cot. (Et si aliquem sanctum, uel sanctam dei, in quinquaginta libr. cot. vice qualibet puniatur.
(Et quilibet possit talem accusare et denuntiare, et nomen ipsi denuntiatoris et accusatoris teneatur secretum, et habeat medietatem banni predicti, que ex eius denuntiatione uel accusatione communi Tudertino pervenerit. Qua pena, si talis malefactor solvere non poterit, et in fortia communis predicti fuerit, seu aliquo tempore postea venerit, amputetur ei lingua. (Et quod potestas et capitaneus civitatis Tud., ~~et quilibet eorum alterutrum teneatur~~ teneantur de predictis inquirere quolibet mense, et culpabiles repertos in penis predictis punire.

f

De pena iurantis per corpus uel alia membra Christi et Marie, uel sanctorum eius. Rubrica vii. – nonum –

Cxvi

Item statuimus, quod nulla persona decetero iuret per budellas, per feratam, per ventrechios, uel alia membra, siue viscera omnipotentis dei domini nostri Ihesu Christi, vel beate Marie virginis matris eius. (Contrafaciens non in quolibet eorum casuum in libr. decem cot. vice qualibet puniatur. (Et si aliquis de predictis modis iuraverit contra reverentiam aliorum sanctorum uel sanctarum dei, uel per corpus, siue sanguinem, uel chanellos omnipotentis dei domini nostri Ihesu Christi, seu per alia huiusmodi, ~~Unde~~ vice qualibet per quolibet tali malo, in quadraginta solidis cot. puniatur. (Quarum penarum medietas sit communis Tuderti, et altera sit accusatoris, siue denuntiatoris. (Et dicte pene duplicentur in quolibet eorum casuum, si predicta uel aliquod predictorum commissa fuerint, siue commissum fuerit, aliquo de istis diebus, videlicet in die nativitatis domini nostri Ihesu Christi, uel eius vigilie, vel in die veneris sancti, uel in die pascatis resurrectionis domini nostri Ihesu Christi, uel eius vigilie. (Et si dictam penam in quolibet

dictorum casuum talis malefactor non solverit infra decem
dies a die talis condempnationis de eo facte, ipsa die dicte
facte condempnationis in dicto termino minime computata, publice
fustigetur per omnes stratas civitatis Tuderti. Et
de predictis quilibet valeat accusare et denuntiare, et
habeat medietatem banni quod ex eius denuntiatione vel accusatione in
Camera dicti Communis pervenerit.

f De ordine Cipporum, et secretorum custodum, contra
iurantes per corpus, vel alia membra Christi. maledicentes,
vel sanctorum — Rubrica xliiij.

xliiij Item statuimus, ut contenta in precedentibus duobus proximis
capitulis esset, quod in palatiis dominorum potestatis et
Capitanei civitatis Tuderti. et quolibet eorum, et in qua-
libet ecclesia civitatis Tuderti, expensis communis Tuderti. fiat quedam
Cippus de ligno cum clavi et serratura. Quam clavem
cuilibet dictorum palatiorum, et cum Camerarii communis
dicti communis. Et cuilibet dicte ecclesie, sacerdos ipsius ecclesie,
penes se debeat conservare. Et quod domini po-
testas populi et pro tempore fuerit, eligant in qualibet
parrochia cuiuslibet dicte civitatis. [illegible] in eo
anno quo eis videbitur expedire, secretos custodes, quorum
et cuilibet ipsorum custodum dare debeat expensis dicti
communis. Tuderti quoddam sigillum parvum. Et quod
Cuius ipsi custodes iurent assignare omnes et singulos
qui contrafecerint in aliquo predictorum. hoc modo, videlicet,
quod in quadam cedula sigillata dicto sigillo scribat
nomen illius quem cognoverit audiverit contrafacere in aliquo parte
dictorum. Et quicumque inventus fuerit scriptus in ipsa ce-
dula sigillata ut supra dictum est. Siquidem quod ma-
ledixerit vel blasfemaverit deum vel beatissimam
Mariam virginem, in soldis centum. Et si aliquem
alium sanctum vel sanctam dei in soldis quadraginta.
Et si ideo quod [illegible] contra reverentiam dei vel bea-
tissime Marie virginis. in soldis viginti. Et si quis

ARCHIVIO - BIBLIOTECA COMUNALE - TODI

reverentia altaris sancti, uel sancte dei, in soldis decem
comunis, absque alia probatione nisi quam puniatur. Sed
si de predictis maleficiis talis malefactor in dicta cedula
scriptus, fuerit legitime per testes quietus, puniatur
penis in eisdem capitulis comprehensis. Et quod dicti
Rectores et quilibet eorum quolibet die dominico mictat
unum ex notariis maleficiorum sue curie, ad qualibet ecclesiam
ecclesiarum, et quelibet cippum faciat aperiri. Et si aliquis ex
ipsis notariis aliquem ibi invenerit ut supra dictum scrip
tum, scribat nomen eius, et ipsam cedulam dilaniet,
ita quod nullus eam possit legere. Faciat et dicti Rec
tores quolibet die dominica cippum sui palatii ape
riri, et si aliquis ibi inventus fuerit scriptus ut dictum
est, simili modo de eo procedat. ut superius continetur.
Et quod dicti domini Rectores predicta sollicite fieri
facere teneantur, vinculo iuramenti. Quam pe
nam contrafaciens, si non solverit, fustigetur circu
circa per plateam civitatis Tuderti. Et predicta
dicti Rectores publice per dictam civitatem in locis
consuetis banniri facere teneantur saltem semel
quolibet mense sui regiminis.

f De pena frangentis carcerem comunis Tuderti — Rubrica — h.

Cxlviii Item statuimus, quod nullus audeat uel presumat
frangere, seu frangi facere carcerem comunis Tuderti.
Contrafaciens vero, si tunc temporis non fuerit in ipso
carcere carceratus, bonis suis omnibus comuni Tuderti publicatis,
capitis supplicio plectendum esse decernimus. Si
autem talis malefactor tunc temporis fuerit in ipso car
cere carceratus, in quadringentis libris comunis puniatur.
Quam penam si solvere non poterit, tam diu in ipso
carcere detineatur reclusus, donec eam ipsam penam
solverit cum effectu.

f De pena custodum carcer(um) inferentium iniuria(m) aliquibus carceratis. Vel aliquid accipientium ab eisdem — R(ubri)ca — CXLV.

CXLIIIJ Item statuimus quod nullus ex custodibus sive suprastitibus carcer(um) com(mun)is Tuder(ti) possit vel debeat aliquam pecunie quantitatem, vel rem aliam, per se, vel per interpositam personam extorquere vel accipere, seu extorqueri vel accipi facere, directe vel per obliquum, aut pati vel permictere quod per alium extorqueat vel accipiat quoquomodo, ab aliquo in ipsis carceribus carcerato. Nec alicui eorum aliquam iniuriam, molestiam, offensionem, vel vexationem quacumque, dicta de causa sive occasione infere vel inferri facere, seu pati vel permictere quod per se vel ... aliquem inferatur. Liceat tamen dictis custodibus sive suprastitibus, a quolibet persona qui in dictis carceribus detenta sive reclusa fuerit, tempore quo in ipsos carceres introduceretur, vel de ipsis exiretur aut extra haberet, accipere XIJ. den(arios). tamen pro oleo in ipsis carceribus oportuno. Quilibet aut(em) dictorum custodum sive suprastitum contrafaciens, sive fieri faciens, seu patiens vel permictens, in quolibet casum predictorum, pe(n)a soldorum quadraginta. com(mun)i incurrat vice qualibet pro quo fecit. Salvis aliis capitulis statutorum dicti com(mun)is de(super) humanitati maiores penas imponentibus. Et nichilominus tales custodes sive suprastites cohercerant omnibus remediis oportunis ad petitiones talium carceratorum, vel cuiuslibet sui parentis sive consanguinei, per dominum potestatem seu capitaneum civitatis Tuder(ti), per quemlibet eorum qui inde fuit requisitus, ad restituendum duplicatum tali carcerato quicquid ab eo taliter accepisset vel extorsisset, seu accipi vel extorqueri fecisset, sive permisisset, vel passus esset. Et de predictis stetur et credatur sacramento talis carcerati sive sui parentis, vel consanguinei. Item quod domini priores popu(li)

ARCHIVIO - BIBLIOTECA COMUNALE - TODI

Tudertum. que pro tempore fuerit in ipso officio potestatis, qui
cumque expedientes fuerint, teneantur et debeant apponi in consilio
populi dicti comunis, et quod intersint ad minus duo partes consiliariorum dicti
consilii, quod placet ipsi consilio providere de electione custodum
sive suprastitum carceris dicti comunis. Ita tamen quod ipsa cu-
stodia committi sive deputari non possit nec debeat
quoquomodo alicui qui ipsi comuni Tuderti obligatus esset in aliqua
pecunie quantitate, vel alicui condepnato de eo fecit pro aliquo
maleficio, seu quacumque alia ratione vel causa. Et quod
ad dictum officium nemo eligi vel deputari possit, nisi
per dictum consilium. Et si secus factum fuerit, non teneat
ipso iure. Et insuper dicti domini potestas et capitaneus vel
contra dictam formam aliquem ad dictum officium elegissent
vel deputassent, seu eligi vel deputari permisissent, vel
passi fuissent, penam librarum vigintiquinque cortonensium pro eorum quolibet
incurrant vice qualibet ipso facto. Et quod notarii
reformationum dicti comunis, predicta omnia ipsis dominis potestatibus
in principio ipsorum officiorum ad notitiam ipsorum reducere te-
neantur.

f De cautione prestanda per suprastites carceris. et de
pena ipsorum non reassignantium carceratos. Rubrica CXVIII.

CXX Item statuimus quod suprastites sive custodes carceris
comunis Tuderti, tempore ingressus eorum carceris, teneantur
et debeant sollempniter promictere, et per ydoneos fideiussores
cavere, ac etiam iurare ad sancta dei evangelia, scripturis
corporaliter manu tactis, de omnibus et singulis quos
in ipsis carceribus tunc temporis invenerint carceratos, seu
qui in eis carcerabuntur durante ipsorum officio, bene dili-
genter, fideliter et sollicite custodiendis et salvandis,
et de eis reassignandis, et exhibendis ad mandatum
dominorum potestatis et capitanei civitatis Tuderti ~~et cuiuslibet
alterius loco alterius eorum tenentis~~, ac et dominorum priorum
populi Tuderti, necnon de omnibus et singulis aliis adimplendis
et observandis circa ipsum officium, ad que et prout tenetur

ex forma stat(utorum) d(i)c(t)e co(mun)is / sub pe(n)is ta(men) in p(rese)nti
cap(itul)o q(ue) (et) i(n) alijs capl(itu)is stat(utorum) d(i)c(t)i co(mun)is contentis.
Ita q(uod) d(i)c(t)i suprastites sive custodes / p(ro) quol(ibet) tali car
cerato qui no(n) reassignaverit ut p(re)dicit(ur) / q(ui) ultimo
supplicio pure / simplicit(er) / (et) p(re)cise fuerit (con)dep(n)at(us) /
puniant(ur) in libr(is) mille quingentis co(mun)i. Et si i(n) defectu
dumtaxat solutio(n)is alicui(us) pecuniarie pene / talis carce
rat(us) ultimo supplicio veniebat plectendus. / eo casu
tales suprastites sive custodes in simili pecuniaria
pena plectant(ur) / in qua tal(is) carcerat(us) p(ri)ncipali(ter) fu
erat (con)dep(n)at(us). Quas penas / si tales suprastites seu
custodes no(n) solverint cu(m) effectu / i(n) quolibet casuu(m)
p(re)d(i)c(t)o(rum) / simile ultimu(m) suppliciu(m) patiant(ur) / q(uo)d idem
carcerat(us) p(ri)ncipali(ter) (et) p(ri)mo loco / sive sedario (et)
i(n) defectu solutio(n)is d(i)c(t)e pecuniarie pene fuisset
passurus. Et si tal(is) carcerat(us) (con)dep(n)at(us) fuerat
i(n) amissione alicui(us) me(m)bri sui corpo(r)is / pure / simpli
cit(er) / (et) p(re)cise / puniant(ur) eo casu tales suprastites
sive custodes i(n) libr(is) quadringentis co(mun)i. Et si no(n)
sedario / (et) i(n) defectu alicui(us) solutio(n)is alicui(us) pecuni
arie pene dumtaxat / talis carcerat(us) in amissio(n)e
ip(s)i(us) me(m)bri fuerat (con)dep(n)at(us). / eo casu / tales suprasti
tes sive custodes i(n) simili pecuniaria pena plectant(ur) /
i(n) qua talis carcerat(us) fuerat p(ri)ncipali(ter) (con)dep(n)at(us).
Quas penas / si tales suprastites sive custodes i(n) quol(ibet)
d(i)c(t)o(rum) casuu(m) no(n) solverint cu(m) effectu / puniant(ur) i(n) sili
suo me(m)bro. In reliquis a(u)t(em) casib(us) (con)dep(n)ent(ur) tales
suprastites sive custodes i(n) eade(m) pena pecuniaria in
qua tal(is) carcerat(us) d(i)c(t)o co(mun)i fuerat (con)dep(n)at(us). Hoc
intellecto / q(uod) i(n) quolibet d(i)c(t)o(rum) casuu(m) p(er) solutio(n)e(m) pene
p(re)d(i)c(t)e pecuniarie f(a)c(t)am ab uno d(i)c(t)o(rum) suprastitu(m) sive
custodu(m) / ceteri a d(i)c(t)is eo(rum) penis libe(ra)nt(ur) (et) eximantur. /
et exnu(n)c vigore (et) a(u)c(torita)te p(rese)ntis capl(itu)i ab ip(s)is
penis ip(s)o iure sint (et) esse intelligant(ur) exe(m)pti. / adeo q(uod)
tales eo(rum) (con)dep(n)ato(r)es / (et) e(ti)a(m) banime(n)ta de eis d(i)c(t)a
de ea f(a)c(t)a / ad ip(s)o(rum) / (et) suo(rum) p(re)ju(dici)u(m) atq(ue) (con)sequencia(m)

ARCHIVIO - BIBLIOTECA COMUNALE - TODI

2220

petitionem debeat sine aliqua alia solutione vel scriptura alicui cancellarii de quibuscumque libris dicti comunis.

f

Quod ingrati et custodes carcerum non servantes statuta loquentia de custodia carcerum. Rubrica. CXVIII

CXXI Item statuimus quod potestas et capitaneus comunis Tuderti ~~et singuli ... eorum teneri~~, teneantur omnia et singula ista teneant et debeant vinculo iuramenti et ad penam ducentarum librarum denariorum cortonensium pro quolibet eorum contrafaciente, omnia et singula statuta supposita et ista loquentia de presenti materia, proposse facere integraliter observari. Et de omnibus et singulis in eis contentis per eorum officiales sollepniter inquiri facere tam in dictis carceribus quam extra, prout eis videbitur convenire, tam contra suprastites sive custodes dictorum carcerum, quam contra omnes et singulos in dictis carceribus carceratos. Et repertos culpabiles penis debitis condempnare. Et quod defensor civitatis Tuderti possit quotiens ei videbitur expedire, contra dictos suprastites sive custodes predictorum carcerum, examinare testes tam de carceratis in ipsis carceribus, quam et de non carceratis, quod dicti suprastites sive custodes teneantur et debeant ad penam decem librarum denariorum cortonensium, in qua per eundem defensorem, si contrafecerint, condempnentur, eidem defensori, per eius officiales et familiam mictere omnes et singulos carceratos quos ipse defensor miserit quotiens et quando ipsi defensori videbitur, periculo tamen ipsius defensoris. Et super predictis omnibus et singulis dictus defensor procedere possit breviter, summarie et de plano, et sine strepitu et figura iudicii. Ita tamen quod dicti suprastites sive custodes non teneantur nec cogi possint mictere ad dictum defensorem aliquos carceratos qui condempnati essent principaliter vel fideiussorio in perditione personae vel membri. Set eos dictus defensor per suos officiales quando expediens fuerit, examinari in dictis carceribus teneatur.

facta

f De inquisitione facienda a carcerato tempore ~~extractionis~~ sue relaxationis ~~facienda de ipso~~ — Rubrica — CXX.

CXXX Item statuimus quod dominus Potestas et Capitaneus ~~seu alii~~ civitatis Tuderti et quilibet eorum ~~seu alii eorum tenentes~~ quandocumque fuerit aliquem exim(i) sive relaxari de carceribus communis Tuderti, teneatur talem quem carceratum tempore sue relaxationis sive exitionis coram se facere presentari, et ab eo diligenter inquirere et investigare, si suprastites sive custodes dictorum carcerum vel alii in ipsis carceribus carcerati ab eodem carcerato aliquid acceperint, seu si contra eum aliquam iniuriam vel molestiam intulerint contra formam statutorum dicti communis.

f De pena custodum relaxantium contra infrascripta forma carceratos — Rubrica — CXXXI.

CXXXI Item statuimus quod suprastites sive custodes carcerum communis Tuderti teneantur et ~~debeat~~ omnes et singulos qui in eis tempore sue custodie fuerint carcerati [margin: carceratos invenerit seu quod per ipsa custodia dimitte in eis pena] bene et caute custodire et salvare, nec aliquem eorum extrahere de dictis carceribus seu exire permictere sive pati, sine expressa licentia potestatis sive capitanei vel aliorum rectorum sive officialium de cuius mandato aliquis eorum pro aliquo maleficio ~~vel delicto~~ in ipsis carceribus fuisset reclusus, aut sine licentia creditoris ad cuius petitionem aliquis eorum in dictis carceribus detineretur pro aliquo pecuniario debito. Contrafacientes vero pro quolibet, pena decem librarum denariorum pro quolibet qui hic vel preter dictam formam de dictis carceribus extraheret vel exire permicterent, incurrat vice qualibet ipso facto. Ita tamen quod predictis non obstantibus eis liceat, si in suo periculo cuicumque casus occurrentis, unum vel plures de ipsis carceratis [margin: in capitulo vel pario] qui in conditione persone vel membri non fuerint condempnati, sive non fuerint condempnati, nec ibi pro grandi maleficio sive grandi pecuniario debito detinentur, sive dicti

BIBLIOTECA COMUNALE ARCHIVIO TODI

223v

neret, mictē per civitate Tuderti pro elemosinis petendis
et recipiendis pro se et aliis carceratis.

f De dictis solepnitatibus et cautelis observandis per custodes carceris, et per cam. seu eius notarium circa ~~Quod Camerarii scribat nomina carceratorum tempore missionis~~ relaxationem et relaxationis ~~et extractionis — Rubrica — C.xxxi.~~ capitulum. — Rubrica. —

C.xxxiii. Item statuimus quod ~~dicti~~ superstites sive custodes carceris ~~predicti~~ comunis Tud. teneantur quotienscumque aliquis de mandato alicuius Rectoris vel officialis comunis ~~Tud.~~ mitteretur ad dictos carceres quacumque ratione vel causa, statim assignare et exhibere in scriptis Cam. camere dicti comunis nomen ~~talis missi ad ipsos carceres et causam missionis~~ et per quanta quantitate carceratus ~~missus~~ erit. Et quod dictus Camerarius vel eius notarius predicta omnia scribere teneatur ad petitionem dictorum superstitum sive custodum. Et preterea qui talis carceratum relaxaret et liberaret ab ipsis carceribus, scribi faciat ~~per dictum cam.~~ vel eius notarium ipsius relaxationem et liberationem, et diem ipsius relaxationis et liberationis. Et relaxato sive liberatio aliter facta non valeat ipso iure, nec ex ea taliter relaxato emolumentum aliquod acquirat. Et quod dicti superstites sive custodes predictam formam non servantes, per potestatem vel Capitaneum civitatis Tud. pro quolibet predictorum vel contra dictam formam carcerato vel relaxato, in libr. centum comunis condepnentur.

(margin:) et pro nomine talis carcerati et causam sue incarcerationis

f Quod Potestas et Capitaneus ordinamenta carceris faciant observari. — Rubrica — C.xxxiiii.

C.xxxiiii. Item statuimus quod potestas et Capitaneus civitatis Tud. ~~et cuilibet ipsorum Judices, socii, milites et notarii~~ teneantur et debeant vinculo iuramenti, et ad penam quingentarum libr. comunis ad petitionem cuiuslibet predicta omnia capitula de materia carceratorum loquentia, plene et integraliter observare et observari facere. Contrafaciens ~~vero~~ per suum syndicatorem tempore sui syndicatus debeat condepnari. Et quod defensor dicti comunis teneatur et debeat ad dictam penam et vinculo iuramenti de omnibus et singulis in eisdem Capitulis comprehensis, quolibet mense inquirere, et culpabiles repertos in penis ~~in eisdem Capitulis comprehensis puniri et condepnari~~ debitis. In qua pena, quibus con...

De pena repperientis [iniurias, offensiones vel executiones predictas] ~~maleficium~~ et de modo probandi
— Rubrica — lviiij.

Item statuimus quod siquis iniuriose ac irato animo repro
peravierit alicui aliquod homicidium commissum per quam
cumque personam quocumque in persona sui patris vel matris seu
cuiuscumque alterius sui ascendentis per lineam paternam vel mater
nam, sive in personam sui filii vel filie vel alterius sui descen
dentis, sive in persona sui fratris vel sororis carnalis,
vel alterius sibi coniuncti ex agnatione sive cognatione plene
usque in secundum gradum inclusive, ~~usque in tertium gradum secundum~~
~~iura canonica computando~~, sive aliquam executionem
alicuius [ultimi] supplicii factam vigore alicuius sive in personam alicuius
de predictis, vel aliud huiusmodi, in centum libris cortonensium
nee qualibet puniatur. Si non taliter repperaverit alicui ab
scisionem alicuius [cuiusvis] membri vel aliud enorme vulnus ~~factum vel illatum in eum vel aliquem de predictis seu execu~~ ~~tionem alicuius amputationis alicuius membri~~ [vel alicui predictorum vel aliud enorme vulnus illatum in eum vel in aliquem de predictis. Seu executionem alicuius pene factam amputationis alicuius membri ipsius vel alicuius predictorum] vel aliam atrocem
sive gravem executionem factam [et ultimum supplicium] vigore alicuius sive
contra eum vel aliquem predictorum, in libris vigintiquinque den.
cort. nee qualibet puniatur. De reproperiis autem
dicto modo factis de aliis levioribus offensionibus sive exe
cutionibus huiusmodi illatis vel factis in personam suam vel alicuius pre
dictorum, puniatur talis reproperans a quadraginta soldis
usque in decem libris cort. arbitrio potestatis vel capitanei
civitatis Tuderti, consideratis [ipsius] facti qualitate et condi
tionibus personarum et aliis suis debitis circumstantiis. De
improperiis vero dicto modo factis de verbis contumeliosis
vel iniuriosis dictis contra aliquem predictorum [et cuiuslibet], puniatur tal
repperetans a viginti soldis usque in tres libras arbi
trio iudicantis, habita consideratione premissa. Et ad fidem faciendum [homicidiis, offensionibus et executionibus factis dicto modo repperatis]
~~predictis et super predictis et quolibet predictorum~~ sit sufficiens
probatio, si de ipsis vel aliquo eorum ~~de quibus vel qua~~
~~tale reproperium factum est~~ appareat publicum in
strumentum pacis inde facte, sive sententia condempnatoria
data de eo promulgata, sive alia legitima probatio, seu
hiis deficientibus, si probetur saltem per quinque testes ydone
os de fama publica deponentes.

CCXLV

ubi publica

ali mattio . . . factis.)

ARCHIVIO - BIBLIOTECA COMUNALE - TODI

224v

F De processibus et sententiis factis et latis contra Rebelles sint cassi et casse. Et de restitutione ipsorum ~~ad famam~~ Et de pena repperientis ipsis rebellibus vel ipsorum infamiam allegantis. — Rubrica — lxiij.

Cxxvj Cum homines civitatis et comitatus Tuderti contra multa tempora retroacta in magna discordia et seditione invicem fuerint et permanserint, inimico humani generis operante. Et nunc divina favente clementia, ad pacem, concordiam et reconciliationem redierint. Ideirco pro evidenti et communi commodo et quiete hominum dicte civitatis et comitatus [eiusdem] et pro conservatione et corroboratione dicte concordie, reconciliationis et pacis, hac lege salubrima duximus statuendum, quod omnes et singuli homines tam de civitate et comitatu Tuderti predictis, quam et aliunde olim exititii et rebelles dicti communis et exbanniti et condempnati apparentes in libris dicti communis per quoscumque rectores sive et officiales contra dictum commune, seu qui ex forma quorumcumque statutorum, ordinamentorum, decretorum, provisionum vel reformationum dicti communis, iudicati et declarati fuerint pro rebellibus, exititiis, condempnatis [vel] exbannitis dicti communis, ea sive occasione proditionis, [conspirationis, coniurationis] vel subversionis seu turbationis pacifici status civitatis et comitatus predictorum, facte, tractate vel ordinate per eos, aut ea vel occasione receptationis, seu alicuius vel cuiuscumque favoris per eos facte sive prestiti, alicuius [sive commisse aut perpetrate dicantur per aliquos, sive] vel alicui de predictis rebellibus, exititiis et proditoribus dicti communis, sub quacumque forma et conceptione verborum. A nono die mensis Julii. Millesimo trecentesimo vigesimo [seu commissa, tractata et ordinata dicebantur] secundi. etc. Sint et esse intelligantur ipso iure facto, potestate et auctoritate presentis capituli, pro exemptis, absolutis et liberatis ab ipsis bannis et condempnationibus et penis omnibus tam personalibus quam realibus, in quas incurrissent vel incidissent, sive incurrisse vel incidisse dici possent, per predicta exbannimenta, sententias, statuta, ordinamenta, decreta, provisiones vel reformationes, sive propter dicta maleficia, vel aliquod eorum, que vel quod per eos vel eorum aliquem perpetrata, sive perpetratum fuisset, sive fuisse dicebantur, vel dicebatur. Liberantes et absolventes eosdem, ab omnibus exbannimentis, condempnationibus [atque] et penis [ipsis] ~~penis~~ quas pati exbannimenta et condempnationes. Ac et [ipsis] omnia et singula predicta statuta, ordinamenta, decreta,

conpusiones / et reformatores contra predictos vel aliquem eorum / seu
contra ipsorum parentes / vel liberos / tam natos quam nascituros /
et tam legiptimos quam illegiptimos / sive contra eorum uxores / seu
fratres / vel sorores / eorum quam fautores / complices / vel sequa-
ces / facta et facte sub quacumque forma / sive verborum conceptione /
et manu quorumcumque notariorum appareant. Et etiam processus
quoslibet factos dictis de causis / vel aliqua ipsarum / Cassa-
mus / irritamus / annullamus / et nullius efficacie vel va-
loris ipso iure esse decernimus et declaramus / ac pro cassis /
cancellatis / et irritis haberi censemus. Mandantes
nichominus / ea omnia cassari et cancellari debere ad cuiuslibet
petitionem per quemcumque officialem dicti comunis / quem ad id dominus
Priores populi Tudertini duxerint deputandum. Ipsos
quam et quemlibet ipsorum / ad famam / beneficia / officia / et honores
~~totaliter~~ in integrum restituimus et reintegramus /
Et pro in integrum restitutis et reintegratis ad ea omnia
ipso iure intelligi et haberi debere / auctoritate et effectu pre-
sentis capituli decernimus et declaramus. Reducentes et
reponentes eosdem / et quemlibet eorum / in eo statu in quo
erant ante diem nonam mensis Julii supradictam. Necnon
ex certa nostra scientia / ratificantes / confirmantes / et approbantes
omnia et singula facta / promissa / et conventa ipsis Rebellibus et
exititiis / per syndicum dicti comunis scripta manu Jacobi Simo-
nis et domini magistri Andrini notariorum de Tuderto. Ita
tamen / quod quamvis ex eis non promissa ea ad que per formam dictorum
instrumentorum / promissionum et conventionum tenebantur / ad petitionem dictorum dominorum Priorum
ea promittere teneantur. Et generaliter omnia facere ad que
et prout tenerentur secundum formam instrumentorum predictorum. II Insuper
decernimus et mandamus / quod nullus audeat vel presumat
contra aliquem de predictis olim exititiis et rebellibus / vel ipsorum
sequacibus / complicibus / seu fautoribus / repropetare / oppo-
nere / opponere / vel allegare in iudicio / vel extra / in ipsorum
vel alicuius eorum iniuriam / contumeliam / verecundiam / vel
infamiam / aliquid de predictis. Contrafacientes vero / ali-
quid de predictis extra iudicium / iniuriose et contume-
liose repperando / in viginti quinque libris denariorum. vice qualibet /
et pro quolibet contra quem tale repropetium fecerit /
puniatur. Si vero ~~in iudicio aliquid de predictis~~ in iudicio
opponendo / proponendo vel allegando / in quinquaginta libris.

II Nolumus quod si aliquis predictorum exititiorum seu rebellium in dicta
rebellione seu in statu predicto
... in ... restitutionem
... predictorum ... et haberet
... omnia et singula bona
... tal ... sive
rebellione ... tempore in dicta re-
bellione seu in statu predicto ...
... omnia / potestate ...
... presentis capituli sit ... declaratio
... in integrum restitutus. ...
... eum in eo statu in quo
... bona erant tempore rebellionis
... et pacis predicte. —

BIBLIOTECA COMUNALE · TODI · ARCHIVIO

225v

cortf. vice qualibet puniat. Et nichominus talis oppositio nullatenus admictatur, set per quelibet Rectore et officiales dicti comunis reiciatur omnino. Et predicta omnia et singula

Finit tex. potestas et capitaneus [et quelibet locum alterius eorum tenens] teneant et debeat vinculo iuramenti et ad pena quingentarum librarum cortf. pro quolibet eorum plene et integraliter observare ac facere observari. Quod capitulum et omnia in eo contenta, omnibus et singulis aliis capitulis statutis, ordinamentis et reformationibus dicti comunis et contrarium loquentibus, [et quibuslibet aliis iure] volumus prevalere.

De pena evellentis terminos et prope terminos laborantis [qui infra scripta sorezi] Rubrica lxxii.

CXXVII Item statuimus quod nullus in civitate vel cortf. Tuderti aliquem terminum [vel terminos] abmoveat vel evellat. Et qui [termino abmoto vel evulso] contrafecerit puniatur pro quolibet et qualibet vice in decem libris cortf. Item quod nullus debeat laborare prope aliquem terminum per unum pedem ad mensuram pedis comunis Tuderti. Qui non contrafecerit, puniatur pro qualibet vice in quadraginta soldis cortf. Et de tali laborerio stetur et credatur iuramento accusatoris. Et nullus audeat contra ius edificare vel aliquid opus sive laborerium facere in re vel super re alterius. Et qui contrafecerit [nichilominus] in centum soldis cortf. vice qualibet puniatur, et quod indebite fecerit destruatur suis expensis et ad statum pristinum reducatur.

De cessionibus prohibitis et pena contrafacientium Rubrica lxxv.

CXXVIII Item statuimus quod nulla persona emat vel quovis alio alienationis titulo recipiat aliquam actionem vel ius aliquod contra aliquam personam de civitate vel cortf. Tuderti vel eius bona, contra vel preter ipsius voluntatem tunc temporis inveniretur, [preterquam in casibus eodem] [pro statuto specialiter exceptatis]. Et si secus factum fuerit, non teneant ipso iure. Et nichominus talis debitor et talia eius bona contra que seu

[vendens cessionem] / [vendens et debet] / [fit capitulum cum capitulo] / [dicto de debitoribus contra] / [confessos]

que bona talis alienatio, ipso iure sit, et intelligatur, ac
sint et esse intelligantur extunc vigore et fictione presentis
capituli liberatus et absolutus, seu liberata et absoluta ab omni
obligatorio vinculo quo ipse vel ipsa bona tali alienanti astrictus
et obligatus, sive astricta et obligata fuerat, sive fuerant. Nec non
~~et Nichilominus~~ comuni Tuderti in libra comunis gravetis denariorum cortonensium. tale actum sive tale ius
~~de non recipiendo~~ vice qualibet condepnetur. Et ceteris
si talis conficientes non essent suppositi iurisdictioni comunis dicti
~~Tuder~~ in civilibus et criminalibus, eo casu eius proximior eo
sanguinitatem ex paterna linea usque in secundum gradum inclu
sive, pro ipso non subiecto tantundem pro pena dicto comuni solvere
teneatur. Et talis etiam non suppositus non audiatur, nec sibi
aliquod ius reddatur in aliqua curia dicti comunis. Salva
semper ecclesiastica libertate, cui per presens capitulum non in
tendimus in aliquo derogari. Salva tamen locum hoc nolumus in casibus
in istis vel aliquo eorundem, videlicet quando talis alienatio
fieret alicui ~~persone~~ pretextu et occasione alicuius solutionis
per eum facte vigore alicuius obligationis, qua pro alio ~~persona~~
in iudicio vel extra iudicium suscepisset, quo casu,
usque in summam pecunie taliter solute, ac expensarum et interesse
talis solutionis, talis alienatio impune ac licite fieri
possit. Liceat et cuilibet creditori actiones et iura
quas et que habet mandare et cedere suo fideiussori, de
omni et pro omni et toto eo quod ipse fideiussor solverit pro eius
principali debitore. Et uni vel pluribus de suis debi
toribus principalibus, contra alium vel alios correum sive correos
debendi. Ac etiam uni vel pluribus de suis fideiussoribus,
contra ipsum vel ipsorum confideiussorem sive confideiussores, pro
ea videlicet parte qua talis debitor sive fideiussor
~~fideiussor~~ tali creditori solverit ultra quam sibi pro rata solverit
contigisset de debito quod solvisset. Nec non, quando talis
alienatio fieret alicui pro quiete ypotecharie actionis contra
ipsum auctorem. Liceat quoque cuilibet tempore vendi
toris vel alterius alienatoris quam faceret de re aliqua, cedere
ac mandare ei cui rem ipsam venderet vel ~~alienaret~~, actio
nes et iura quas et que ~~habet~~ occasione talis rei, et contra

BIBLIOTECA COMUNALE TODI ARCHIVIO

sui auctore quam contra emphyteota vel conductore talis rei
vigore ipsius emphyteoticarii sive conductionis contractus ac et
contra quacumque alia persona, et in quibuscumque bonis pro defensione
ipsius rei tractaret. Liceat et cuilibet pro dote sibi de-
bita cessione recipere contra quacumque persona que ad ipsius soluti-
one teneretur. Nec non cuilibet a suo tutore, curatore,
procuratore, sive negotiorum gestore, liceat recipere cessione
actionum et iurium pro eum tutoris, curatoris, procuratoris, sive ge-
storis nomine acquisitarum seu acquistorum. ~~Et predicta omnia~~ modo declarasse
~~locum volumus~~ non solum in futuris, set et in preteritis adiectum videlicet
septima mensis novembris millesimi trecentesimi nonagesimi quarti
et cetera. Vendicet sibi locum.

f

De falsitatibus et falsariis puniendis et coherendis - Rubrica lxxxii.

Cxxx

Item statuimus quod quicumque falsam monetam fabricaverit aut
fabricari fecerit in civitate vel comitatu Tuderti, igne comburatur,
ita quod penitus moriatur. Si vero ipsam scienter expenderit,
pecia expendenda, ca — aut apud se habuerit, in ducentis libris denariorum puniatur. Set
et si bonam monetam tondaverit, raserit, aut quovis alio
modo maliciose minuerit, in libris ducentis similiter puniatur,
et nichilominus perpetuo sit infamis. Qui vero aurum vel
argentum fraudulenter et falso fabricaverit vel composuerit,
sive fabricari vel componi fecerit in alterius preiudicium, aut
falsum pro vero et puro vendiderit, vel quovis alio titulo ali-
cui alienaverit, in libris centum denariorum vice qualibet puniatur,
et nichilominus perpetuo sit infamis. Et qui aurum vel
argentum ab aliquo pro aliquo opere conficiendo receperit, et dederit
non de ipso, set de alio non eque bono, ipsum opus construxerit,
in libris centum denariorum puniatur. Qui autem scienter falsum
instrumentum vel aliam falsam scripturam in alterius preiudicium con-
fecerit, aut confici fecerit, aut aliquod verum instrumentum
aliquod — sive veram scripturam falsificaverit, in libris trecentis denariorum
vice qualibet puniatur. Et nichilominus perpetue infamie nota
ipso iure se noverit incursurum. Nec de cetero ad aliquod dicti
comunis officium sive beneficium admictatur. Et si talis ma-
lefactor fuerit notarius, etiam ipso iure ~~ab~~ ipso notariatus
intelligatur etc. — officio perpetuo sit privatus. Qui vero statutum dicti comunis
in aliqua sui parte falsificaverit, sive raserit, similiter

pena. librarum trecentarum pro ipso facto incurrat / Qua si solue-
re non poterit, eadem manus a brachio amputetur / et nichilominus
perpetuo sit infamis. Item quicumque contra aliquem
Rectorem vel officialem civitatis Tuderti / seu contra ali-
quo arbitro siue arbitratore / falsum testimonium tulerit
in aliqua seu super aliqua lite / questione vel causa in libris centum
cortonensium vice qualibet puniatur / Qua pena si soluere
non poterit / amputetur sibi lingua. Et nichilominus perpe-
tuo sit infamis. Qui vero aut falsum instrumentum aut
testem sciens produxerit in aliqua vel super aliqua lite / causa vel
questione / coram potestate / Capitaneo / vel aliquo alio officiali alicuius
curie Tuderti / aut coram aliquo arbitro / seu arbitratore /
in libris centum cortonensium pro quolibet tali instrumento vel teste / vi-
ce qualibet puniatur. Si vero aliquis publicus baiulus
siue preco dicti comunis aliquam falsam citationem / proclamationem /
bannum / siue ambaxiatam / ex parte vel de mandato alicuius
Rectoris vel officialis alicuius curie Tuderti / fecerit / siue ali-
cui de ipsis Rectoribus vel officialibus falso retulerit
se fecisse / in preiudicium alicuius / in libris centum cortonensium
vice qualibet puniatur et nichilominus perpetuo sit
infamis. Preterea si quis in preiudicium alterius
falso mutauerit sibi nomen / prenomen / agnomen / vel cogno-
men / seu falso / in alterius preiudicium / asseruerit se esse
aliunde quam sit / in libris centum cortonensium vice qualibet puniatur /
Insuper si quis scienter deceptione et falso submiserit
et supposuerit se ipsum / vel alium vice et loco alterius /
et sub hac simulatione / fictione / et fraude confici et stipulari
fecerit aliquod instrumentum per aliquem notarium / de aliquo vel
super aliquo contractu / vel quasi / siue distractu / vel aliqua
ultima voluntate / puniatur tam talis submictens et sup-
ponens, quam ille talis submissus et suppositus / plus et tantum /
seu plus tantum / vel tantum arbitrio iudicantis. Con-
sideratis facti qualitate / et personarum conditionibus / et aliis
debitis circumstantiis.

De pena patefacientis credentias. Rubrica. CLXXVII.

CXXXI Teneantur potestas et Capitaneus / ac ceteri officiales et consiliarii
comunis Tuderti / et omnes alii qui vocati fuerint ad consilia dicti comunis /
omnia et singula que in ipsis consiliis tractata / ordinata et deliberata
fuerint / secreta tenere / et nemini propalare. Et quod hoc locum habeat in quibus

Biblioteca Comunale · Todi · Archivio

Consilio tam populi quam generali dominorum comunis et in quolibet alio quod
de mandato dominorum priorum populi Tuderti fuerit adunatum, in eo
videlicet casu tantum quo in tali consilio pro illo qui tali consilio tunc
preerit, inuita fuerit credentia impetitum vel ad tempus. Et
si dominus potestas vel capitaneus seu alius dicto consilio tunc presidens
contrafecerit, in libris quinquaginta comunis. Et si alius offi
cialis forensis in ducentis libris comunis. Et si consiliarius
vel alius qui in ipso consilio interfuerit, in libris quinquaginta
comunis, vice qualibet puniatur.

F De pena tenentis instrumentum soluto debito — Rubrica — lxxxiij

Cxxxij Item statuimus quod quilibet creditor postquam fuerit ei satisfactum
de debito, teneatur ad petitionem talis debitoris instrumentum [illegible] sui
ipsius debiti sibi tradere et restituere cancellatum, si illud
a notario qui de ipso contractu rogatus fuerat in publica
forma receperit, et ipsi restituendi habuerit facultatem.
Si autem dixerit se illud amisisse et hoc suo iuramen
to asseveraverit, ad restitutionem illius minime teneatur.
Sed eo casu faciat rogitum sive imbreviaturam talis
debiti cancellari. Et nichilominus faciat ipsi debitori
instrumentum finis et liberationis de tali debito, et in ipso
instrumento eidem promittat sibi tradere et restituere ipsum
instrumentum quod allegaret deperditum, mox postquam ipsi re
stituendi habuerit facultatem. Et si predicta non fecerit,
in libris decem comunis vice qualibet puniatur. Insuper
si quis sciens, sive qui verisimiliter scire presumeretur,
sibi vel auctori suo debitum esse solutum, totaliter vel
pro aliqua parte, illud nichilominus sibi postea solui pe
tierit, puniatur in duplo eius quod sic indebite peti
erit sibi solui. Cuius pene medietas sit comunis Tuderti,
et alia medietas sit illi a quo tale indebitum petisset.
Et nichilominus subiaceat observator omnium predictorum.

F De pena mercatoris non cancellantis credentias solutas — Rubrica — clxv

Cxxxiij Item statuimus quod mercatores et campsores civitatis vel comitatus
Tuderti, seu in ipsa civitate vel comitatu habitantes, te
neantur cassare et cancellare rationes suorum librorum in quibus
scripte sunt ipsorum credentie, postquam eis fuerit
satisfactum, ad petitionem cuiuscumque cuius interesset.

II Volume n 5
numeri n 44

Sunt quaterni tre noue const. in quo concluduntur quedam capituli pertinentia ad constituta noua const.

(G)

Quod si non fecerit, set quod iam sibi solutum esset petere et exigere uteretur, eo casu Iudex coram quo talis questio uerteretur teneatur tali mercatori uel capsori auferre nomine pene duplum eius quod sic indebite petiisset, cuius pene medietas sit comunis Tuderti et reliqua medietas sit illius a quo tale indebitum petiisset. Et nichilominus ad ipsius cancellationem faciendam ipsum cohercerat omnibus remediis oportunis ad petitionem talis cuiusque.

F

De pena furti, guasti, incendii et robarie. — Rubrica — lxxviii.

Cxxxxiiii

Item statuimus quod quilibet fur seu derobator stratarum. Et quilibet qui incendium siue guastum in rebus alienis intulerit. Et quilibet cuius mandato ipsum incendium siue guastum factum fuerit, puniatur realiter et personaliter, siue personaliter tantum uel realiter tantum, iuxta prouidum arbitrium potestatis siue capitanei ciuitatis Tuderti de tali maleficio cognoscentis, consideratis in predictis et quolibet eorum qualitate ipsius malefitii et etiam persone talis malefactoris et aliis suis debitis circumstantiis.

F

De prauo igne, et de hiis que ad dictam materiam pertinent. — Rubrica — lxxx.

CCxxxv

Item statuimus quod quandocumque prauus ignis accensus fuerit in ciuitate, burgis uel subburgis Tuderti, quod deus auertat, domini Priores populi Tudertini teneantur ~~per plateam ciuitatis~~ facere pulsari campanam grossam palatii ueteris dicti comunis, et baniri per plateam ciuitatis quod ad ipsum ignem extinguendum ire debeant omnes fabri, carpentarii, muratores, lapicidarii, fornarii et fornacchiarii tunc in ipsa ciuitate habitantes, si talis ignis in ipsa ciuitate accensus fuerit. Si uero in aliquo de predictis burgis uel subburgis, quod eo casu illi fabri, carpentarii, muratores, lapicidarii, fornarii et fornacchiarii qui tunc habitauerint in tali burgo uel subburgo ire teneantur ad ipsum ignem extinguendum cum ferramentis

Biblioteca Comunale Todi — Archivio Diplomatico

et Justitiis opportunis. / sub pena. Centum soldorum cortonensium pro
quolibet eorum contrafaciente, et qualibet vice. ¶ Declarantes /
quod omnes burgi et subburgi terre plane, habeantur pro uno
burgo / quo ad contenta in presenti capitulo. et burgi et sub
burgi sancte praxedis. pro uno alio burgo. Et planum
sancti Georgij / et Portafracta, pro uno alio burgo. et
burgus Cupe, pro uno alio burgo. ¶ Excitato vero
dicto igne / dicti fabri, carpentarij, muratores / lapicida
rij / fornarij, et fornacchiarij habitantes intra portas dicte
pas civitatis / si intra portas contigerit tale ignem accendi / com
pareant coram dictis dominis prioribus pluries, et se scribi fa
ciant. Habitantes vero in dictis burgis vel subburgis
compareant coram baderarijs burgi in quo dictus ignis fuerit,
et se ab eo scribi faciat. ¶ Et quilibet ipsorum qui ad
dictum ignem extinguendum traxerit, et ad eius extinctionem
operam dederit, habeat de pecunia dicti comunis. pro
suo labore. quinque. soldos. cortonensium. ¶ Preterea, quia intra
civitatem veterem, et in burgo Cupe, et in burgo
portefracte, et in plano sancti Georgij, sunt pauci
fabri, Carpentarij, muratores, et lapicidarij, adeo quod non
sufficerent ad refrenationem et reparationem dicti ignis /
decernimus quod per dictos dominos priores eligantur ducenti
boni populares intra portas civitatis predicte veteris.
et quinquaginta in burgo cupe. et alij quinquaginta
in dicto burgo portefracte. et in dicto plano sancti Geor
gij. apti ad huiusmodi ministerium. qui quidem ad sonum
dicte campane, pro indicatione et manifestatione dicti pravi
ignis pulsande / subito ire debeant ad locum dicti ignis.
cum omnibus ferramentis et Justitiis ad huiusmodi necessarijs.
pro extinguendo ipsum ignem. videlicet habitantes intra dictas
portas / ~~et habitantes in dicto burgo Cupe~~ ad locum
dicti ignis accensi intra dictas portas. et habitantes in
dicto burgo cupe / ad locum dicti ignis in dicto burgo accensi.
et habitantes in dicto burgo portefracte / et in dicto pla
no sancti Georgij, ad locum dicti ignis in altero dictorum locorum acce
si. ¶ Et quilibet eorum qui fuerit negligens in predictis.
puniatur vice qualibet in Centum soldis. cortonensium / seu in
minori pena, arbitrio Judicantis, considerata facti qualitate,

et ordinatione sui potestatis. ¶ Et si quidem contigerit pro occasione exti-
nguendi dicti pravi ignis, aliquis predictorum lederetur vel offe-
nderetur in aliqua parte sui corporis, curari debeat
expensis communis Tuderti. ¶ Nulli autem tempore dicti pravi
ignis, si de nocte occurrerit, liceat ire per
dictam civitatem Tuderti, preter personas supra nominatas,
et preter illas personas in quarum domibus esset talis
ignis, seu qui haberent domum propriam vel sue habitationis
prope ipsam domum in qua esset talis ignis per decem
domos vel pauciores, et preter consanguineos et affi-
nes illius in cuius domo, seu cuius habitationis esset talis
ignis accensus, usque in tertium gradum inclusive, et
preter mulieres, ac et preter fratres et nepotes carna-
les predictorum artificum, quibus ire liceat sine pena, ad ipsum
ignem extinguendum et ipsis extinguentibus auxiliandum.
Qui vero contrafecerint, in libr. centum cort. vice qualibet
puniatur. ¶ Item si talis ignis esset de nocte inter
decem portas civitatis nostre, artifices burgorum et
subburgorum habentes eorum apotechas propinquas
domui in qua esset talis ignis per decem domos vel
pauciores, ut dictum est, et eorum patres, filii, fratres,
nepotes carnales, socii in ipsa apotecha, et eorum di-
scipuli, possint tunc impune intrare intus dictam
civitatem per portas vel aliunde, ad succurrendum pro
(vel eorum propinqui (socii) vel magistri) defensione et recuperatione rerum suarum. ¶ Nulli quorum
de personis supra nominatis quibus licet ire ad extinguendum
talem ignem, liceat tempore dicti ignis deferre aliqua
arma offendibilia, nisi acceptas vel securetis. Defen-
dibilia vero, videlicet cerbelleriam, panesem, tabulacium
sive targiam pro tuitione sui corporis, impune lice-
at tunc temporis cuilibet ipsorum deferre. ¶ Si quis
vero contrafecerit, si fuerint populares, et pro populari habetur secundum
formam statuti dicti communis, puniatur pro quolibet ipsorum armorum
offendibilium in vigintiquinque libr. cort. Si vero fuerint magnates
et potentes, pro magnate et potente habetur secundum formam
statuti dicti communis in quinquaginta libr. cort. ¶ Si quis autem (puniatur)
de prohibitis ire per civitatem tempore talis ignis de nocte
inventus fuerit portare aliqua arma offendibilia, sine

Biblioteca Comunale Todi · Archivio Diplomatico

fuerit popularis sive magnas, et potest. ut dom. etc. puni-
atur in duplo dictarum penarum. Volumus et statuimus
quod Commune Tuderti fieri et fabricari faciat uncinos ferreos
et alia instrumenta acta ad refrenandum et extinguendum tale
rcg ignem, que distribuant inter homines singularum parochi-
arum sicut dictis dominis prioribus visum fuerit expedire. Et
nichilominus per dictos dominos priores eligantur quinquaginta boni
populares, qui sic electi tempore talis ignis, subito audito
dicto sono dicte campane, sufficienter muniti armis ne-
cessariis tam offendibilibus quam defendibilibus, se representent
coram ipsis dominis prioribus, ipsorum parituri mandatis, et ea
operaturi que ab eisdem dominis prioribus pro conservatione paci-
et status civitatis et populi Tudertini fuerint iniuncta, et
ab eisdem non discedant sine licentia ipsorum, ad penam
viginti quinque librarum cortonensium pro quolibet eorum contrafaciente. Item
super teneantur vicini domus in qua esset accensus talis
subito ignis, accenso et propalato tali igne, ipsum dictis dominis
prioribus notificare. Et si de nocte fuerit, etiam
omnes custodes dicte civitatis, burgorum et subburgiorum,
teneantur in combatbiis clamare et vociferare alta
voce et dicere, domus talis comburitur, pena viginti
solidorum cortonensium pro quolibet eorum contrafaciente. Preterea
volumus quod nulla persona de una domo ad aliam portet ignem
nisi in olla, vel alio vase cupo. Contrafaciens vero, in viginti
solidis cortonensium vice qualibet puniatur. Et cuilibet li- denuntiatio
ceat talem contrafacientem accusare, et eius nomen teneatur in secre-
to, et habeat medietatem dicti banni. Decernentes

(margin: que ex eius denuntiatione vel accusatione in camera dicti Communis pervenit.)

insuper quod dicti domini priores teneantur vinculo iuramen-
ti, quolibet sero, per aliquod tempus in dallum, ut eis vi-
debitur, post pulsationem trine campane, que pulsari
de sero, post quam pulsationem nullus potest ire de nocte,
facere pulsari campanam stantem in palatio habitationis
ipsorum. Ad quem sonum quilibet de dicta civitate, burgis,
et subburgiis teneatur ignem in domo sua facere
cooperiri, ita taliter quod nulla eorum dante possit lesionem
inferre. Et nichilominus custodes nocturni dicte
civitatis, burgorum et subburgiorum, videlicet primi vigiles

post tertium sonum per dicta civitate burgos et subburgos candelas custodes dicte civitatis in ipsa civitate. Et custodes ipsis burgorum et subburgorum in burgis et subburgis clamet alta voce et dicat quod quilibet cooperiat ignem et candelas et lucernas custodiat diligenter. Contrafaciens vero vice qualibet in quinque solidis cogatur puniat. Et predicta omnia predicti domini priores saltem semel tempore cuiuslibet potestatis banniri faciat binis tubis per civitatem burgos et subburgos Tuderti in locis consuetis, et ea executioni mandari faciat sub vinculo iuramenti.

(mictatur hoc capitulum infra sub rubrica de pena &c.)

De pena intrantis scalas portas palatiorum et limina stabulorum potestatis capitanei et defensoris contra formam presentis capituli. — Rubrica — lxxxv.

CLXXXV

Item statuimus quod nullus civis comitatensis vel incola Tudertinus intret limina scale porte palatii veteris vel novi in quibus habitant potestas et capitaneus civitatis predicte. Nec limina scale hostii domus in qua habitat dominus defensor civitatis predicte. Nec limina hostiorum stabulorum palatiorum sive domus predictorum rectorum vel alicuius eorum. Exceptis tamen previdelicet medicis pro infirmitatibus curandis. Et presbiteris et clericis pro ecclesiasticis sacramentis. Et notariis reformationum comunis Tuderti pro factis dicti comunis. Et exceptis dominis prioribus populi Tudertini et eorum familiaribus. Et tubatoribus ceterabellatoribus et campanariis. Et lavatricibus pannorum. Et portatricibus aque. Et magistris et operariis opportunis ad reparationem et reformationem dictorum palatiorum et domus. Et suprastantibus operum dictorum palatiorum et domus.

(Et barbitonsoribus et sartoribus pro eorum misterio exercendo quibus omnibus et singulis et dictis casibus liceat in dicta palatia et domum intrare quotiens fuerit opportunum)

Et exceptis ipsis potestate et capitaneo et ipsorum officialibus et familia. Quibus et cuilibet eorum liceat impune, ei et eorum officialibus et familie impune liceat, visitare simul cum sociis in dictis palatiis et quolibet eorum pro ut et quotiens de ipsorum processerit voluntate. Et etiam principales litigatores quam et testes pro aliqua causa criminali mera vel mixta coram eis venire introducere in dictas scalas portas pro ipsis maleficiis de quibus cognoscerent, gaudentes et

canti investigandis et inveniendis, per quam videlicet talis acta
tota de[m]ptis, vel registris super qua tales ea fundaret,
copia exibita fuerit dictis dominis prioribus sive forma
status dicti comunis. Et dummodo in predictis vel aliquo
predictorum nulla fraus commissa fuerit quoquomodo. Contra
faciens non, si de die, puniatur in decem libris. Et si de nocte
in libris quinquaginta comunis puniatur. Et tale contra dicta
forma intrantes liceat cuilibet denuntiare et accusare, et
habeat medietatem totius eius quod dicta de causa pervenerit
in cameram dicti comunis. Et eius nomen in credentia teneatur.

Insuper teneantur dicti potestas et capitaneus et defensor
quemlibet contra dictam formam intrantem punire in penis
predictis, videlicet quemlibet eorum intrantem contra dictam formam intra
secundam portam palatii seu domus sive limina de stabuli
sibi deputatis ad usum suorum familie et equorum. Et si que
eorum in predictis puniendis negligentes fuerit, puniatur per
eius sindicatorem in duplo tempore sindicatus ipsius. Et quod
idem sindicus contra talem rectorem dicto tempore
~~[illegible]~~ inquirere teneatur, et ipsum repertum culpabilem predicta pena punire.
in pena predicta condepnare. Preterea volumus statuentes quod si circa ea que in presenti capitulo continentur aliqua ambiguitas sive obscuritas oriretur, quod dicti domini priores
tunc illa possint et debeant declarare, prout eis visum
fuerit convenire. Hoc intellecto quod presens capitulum
locum non habeat quando in sala superiori alterius de dictis pa
latiis fiet consilium de licentia dictorum dominorum priorum. In
quo casu cuilibet de tali consilio impune liceat dictam
salam accedere et ibi esse dicta de causa quotiens et quamdiu fuerit
oportunum.

De rapinis, furtis, et aliis excessibus commissis tempore
primum ignis — Rubrica nova.

Item statuimus quod quecumque post tempore accensionis primum ignis
rapuerit, seu furatus fuerit, vel traniaverit aliquam
rem de domo ubi esset talis ignis, vel de tabernis
~~extractis de ipsa domo~~, vel de aliqua domo ibi circumstanti vel alicunde ubi tales res
~~[illegible]~~ ut conservarent illese ab ipso igne, teneatur talem
rem reassignare et restituere cum effectu domino ipsius rei.

Margin notes: sine habitatoris; interpretatio; debet stare ubi est simile signum #; CCXXXIII; portate essent seu alibi ubi quod sive ipse portaret

vel tertia die tunc proxime subsequente. Si quis non contrafecerit, si quidem talis res fuerit valoris et extimationis quadraginta solidorum vel ab inde supra, tamquam latro publice furcis laqueo suspendatur. Si autem fuerit minoris valoris, amputetur ei manus dextra, ita quod a brachio separetur. Nullus etiam audeat vel presumat tempore talis iustitie aliquem in persona offendere quoquomodo. Contrafaciens non puniatur in duplo pene contente in statuto ~~loquente~~ de tali offensione ~~loquente~~.

De pena portantis arma. et notificatione forensibus per hospites facienda. et in quibus casibus defendentes eas non puniuntur — Rubrica — lxxxx.

CXXXV Nullus civis, comitatensis, seu incola Tudertinus deferat per civitatem vel comitatum Tudertinum aliquem gladium feritorium, stocchettum, seu quattrellectum. Contrafaciens non in viginti quinque libris denariorum cortonensium, et in perditione ipsius gladii, stocchetti sive quattrellecti, vice qualibet condepnetur. Nec aliquem beccacmeterum, sive aliquam plumaiolam, vel serrecchiam, seu serapicam, vel his similia. Qui non contrafecerit in quinquaginta libris denariorum cortonensium, et in perditione ipsorum armorum vice qualibet puniatur. Nec etiam aliquis de predictis per dictam civitatem vel eius comitatum deferat aliqua alia offendibilia vel defendibilia, nisi cum galeto sive cappello, pala pendente ad eius spatulas, seu ad collum, seu quocumque alio modo apud se pala portaverit, eundo et redeundo ab ipsa civitate in eius comitatum, vel extra, vel de ipso comitatu, vel extra ad ipsam civitatem. Qui autem contra dictam formam portaverit, pro qualibet specie dictorum armorum offendibilium in solidis centum cortonensium, et pro qualibet spetie ipsorum armorum defendibilium in solidis quadraginta cortonensium vice qualibet puniatur. Et si talis contra dictam formam ea deferens esset forensis, puniatur in quolibet dictorum casuum in duplo dictarum penarum. Preterea, ne de predictis ipsi forenses ignorantiam pretendere possint, teneantur hospitatores cum quibus vel in quorum hospitiis hospitaverint, eis denuntiare et notificare ne dicta

BIBLIOTECA COMUNALE · TODI · ARCHIVIO DIPLOMATICO

arma portent, set ea in ipso hospitio dimictat. Et
hospitator qui predicta non servaverit, dictum bannum de suo
proprio pro tali forense solvere teneatur. Ita tamen quod de tali de
nuntiatore et notificatore stetur et credatur sacramento talis
hospitatoris. Officiales non forenses et eorum familiares
familiaritates impune arma quecumque portare possint. Et
teneantur potestas et capitaneus curiis predicte, et quilibet eorum
saltem qualibet die semel mictere de suis officialibus et
familiaritates ad scrutandum et inquirendum de deferentibus dicta
arma. Et quod quilibet sinat et patiatur libere ac pa
cifice quod quilibet de dictis familiaritatibus eum tangere et scrutari
de armis, et quod nullus discedat vel separet se de
loco in quo esset propter aliquem de dictis familiaritatibus sibi prohibuit
ne discedat vel dicat — vade plane, vel hiis similia
verba. Nullus quoque alicui de ipsis familiaribus resistat
vel obviet in aliquo quominus ipsum libere scrutari et tamen
valeat et possit. Contrafaciens non portare ac
fictor presentis capituli habeat et cesset pena ac si tunc
omnia arma tam offendibilia quam defendibilia detulisset. Et
tamquam ipsa omnia deferens in eo casu possit et debeat condemp
nari. Et quod nullus impediat aliquem de dictis offici
alibus et familiaritatibus quominus libere intrent in omnem locum
in quem intrare voluerint ad scrutandum ibidem de deferentibus
arma. Contrafaciens non in libris centum cortonensium vice qua
libet puniatur. Item quod syndici castrorum et villarum
comitatus Cortone teneantur et debeant referre et denuntiare
in scriptis dictis dominis potestati seu capitaneo omnes et singulos
facientes contra predicta vel aliquod predictorum in castris seu
villis quorum seu quarum sint syndici, sive in territoriis
ipsorum castrorum sive villarum, sub pena decem librarum cortonensium pro
quolibet tali syndico contrafaciente, si ipsum castrum vel villa cui
ipse est syndicus habuerit viginti lares vel abinde supra,
Si vero habuerit pauciores, in centum solidis cortonensium vice qua
libet puniatur.

(margin: vel alicui eorum / nec eidem aliquis resistentiam / faciat ipsorum)

De pena contradicentium in festo nativitatis domini, seu
eius vigilia vel in die sequenti — Rubrica — lxxxxij. ar

Item quod nullus portet cultellum affectapane, piççutum
sive puntutum maiorem una spana cum manica, ad spa
nam hominis. Contrafaciens vice qualibet puniatur in
viginti solidis cort. Item quod syndici castrorum et villarum
comitatus Tuderti teneantur et debeant denuntiare potestati vel ca
pitaneo, qui in eorum castris vel villis, seu ipsorum tenutis — quorum seu quarum sunt syndici seu in ipsorum vel
facientes contra contenta in hoc capitulo, sub pena decem librarum cort.
contra facientes — pro quolibet syndico, si tale castrum vel villa, cui esset ipse
huius — syndicus, [struck] viginti lares vel ab inde supra. Si vero a vigin
ti laribus infra, in centum solidis cort. pro quolibet tali syndico — pro dicta non faciens
et vice qualibet puniatur. Et quod quilibet admicta
tur ad accusandum quemlibet, qui contra formam presentis capituli detu
lisset per comitatum predictum aliquem gladium ferritorium, stoc
chettum, sive quatrellectum, beccacenatem, plubarolam,
ferrecchia, serrapicha, vel huius similia arma. Et
quod in dictis casibus, et quolibet eorum, de tali inventore, fuga
distessu, sive resistentia, relatio dictorum berruariorum sive
familiarum, et cuiusque ipsorum, pro plena et legitima probatione
habeatur. Volumus tamen quod non obstante presenti capitulo quilibet — licite et impune
magister lignaminis portare possit per civitatem predictam, et eius
comitatum accepta, et quemcumque aliud ferramentum, et instrum
entum ad ipsam artem lignaminis exercendam. Possit
et quilibet civis, comitatensis, et incola Tuderti per ipsam civitatem
et eius comitatum licite et impune portare accepta, runcam,
cappam, bidentem, vangam, palam, vel aliud ferramentum,
sive instrumentum aptum ad colendum sive laborandum terram,
seu ad incidendum ligna. Liceat et cuilibet forensi — civitatis et
et advene seu venienti de extra comitatum Tuderti licite et
impune usque ad potestatem ipsius civitatis, iter suum continuando
ac et cum discederet, in eundo extra ipsum comitatum recto tra
mite, omnia arma deferre. Possit et quilibet pro ini
micitia quam haberet, cum occasione iuste sive probabiliter et
cum timeat et suspicari timere possit et debeat — verisimiliter suspicetur, ne proinde offendatur, licite et impune
portare arma defendibilia tantum per civitatem et districtum
Tuderti, cum apodissa tamen et licentia domini potestatis vel capitanei

civitatis predicte (qua quidem licentia facta prius et cum fide de ta
li immunitia dicto domino potestati seu capitaneo et datis fideius
soribus ydoneis de solvendo omnem condempnationem de eo fiendam
pro maleficio sicut commictetur) teneatur idem dominus potestas sive ca
pitaneus a quo talis licentia pro eo petita fuerit, eidem eo
cedere ad penam vigintiquinque librarum cortonensium pro quolibet eorum contrafaciente.

f De pena lusorum, et assistentium ipsi ludo, et ad ipsum
mutuantium, ~~et notarii scribentis instrumentum vel aliquam~~
~~aliam obligationem facte occasione ludi~~ — Rubrica — lxxxxj.

Cxxxvj Item statuimus quod nullus ludat ad aliquem ludum taxillorum
in aliquo loco civitatis vel cortonensis districtus. Contrafaciens vero, si
quidem ludendo ad ludum azardi sive ad quemcumque alium
ludum taxillorum, preter quam ad aleas, siquidem de die, in
vigintiquinque ~~...~~ libris cortonensium, et si de nocte in libris quinqua
ginta cortonensium condempnetur. Et si talis ludus factus fuerit
in aliqua domo sciente et patiente domino talis domus, eo casu talis
domus discopriatur, et discoperta teneatur per tres menses a
die dicte condempnationis in antea numerandos, ac de muris
sive parietibus talis domus destrui debeat due pertice
ad mensuram pertice cortonensis districtus. Si vero ludendo cum
taxillis ad aleas sive ad cacchulos, siquidem de die, in qua
draginta soldis cortonensium, et si de nocte in centum soldis cortonensium
condempnetur. Et simili pena puniatur quilibet qui sciente
et patiente aliquis de predictis ludis vetitis in domo sua,
vel sue habitationis, vel in alio ~~tecto vel sue habitationis~~ loco ab
eo possesso sive detento factus fuerit, et quilibet ad
talem ludum mutuans sive commodans aliquam pecunie quantitatem
sive tabulerium vel taxillos. Et quod potestas et capitaneus civitatis predicte —
et quilibet eorum possit facta eis fide de predictis saltem per
unum testem de visu vel per duos sive plures de fama
publica deponentes, torquere seu tormentare tales qui
ad dictum ludum vetitum lusisse dicentur, seu eis denarios
vel tabulerium sive taxillos ad talem ludum mutuasse
vel accomodasse, seu eos in aliqua sua domo vel sue habitationis
vel loco alio a se possesso sive detento scienter receptasse.
Nec non tales receptos culpabiles de predictis possint ad
confinia mictere ad eum locum et pro eo tempore de quo et quando

eis visum fuerit convenire, secundum qualitatem et personas delictoribus
poderitis. Item quod nullus in dicta civitate vel eius comitatu
retineat in aliqua sua domo sive sue habitationis, sive in
aliqua sua apotecha vel ase conducta, seu apud se aliquos
taxillos ad penam centum soldorum cortonensium. Et quilibet possit
talem tenentem vel habentem accusare, et habeat medietatem
banni. Et quod familiares dictorum dominorum potestatis et
capitanei possint temptari et scrutari homines ac domos et
apotechas pro predictis taxillis inveniendis. Et quod quilibet
possit libere ipsos sinat de predictis scrutari et temptari ad
beneplacitum et requisitionem ipsorum. Liceat tamen cuilibet sine pena
ad aleas et ad cacchulos ludere in plateis, stratis,
viis, et porticis apertis, sine taxillis autem liceat ludere
ad cacchulos ubicumque. Qui vero autem affuerit et assis-
terit alicui de dictis ludis prohibitis puniatur in
quolibet dictorum casuum in medietate predictarum penarum.
Hoc intellecto quod si aliquis esset productus vel nominatus
in testem super aliqua accusatione vel inquisitione porrecta
seu formata contra aliquem occasione alicuius de dictis ludis
prohibitis, et testificando diceret se vidisse aliquem
ad ipsum ludum ludentem, seu ad ipsum ludum videndum
assistentem, eo casu talis testis de tali suo visu sive
assistentia nullatenus condempnetur, nec ea occasione contra eum
procedi possit vel debeat quoquomodo. Et teneantur
predicti potestas et capitaneus et quilibet eorum eligere secrete
duos de eorum berruariis quos pro aliis putaverint esse
fideliores et legaliores ad investigandum et perquirendum
de predictis lusoribus prohibitis, et de ipsorum receptato-
ribus, ac de mutuatoribus sive commodatoribus eisdem tabule-
rium vel taxillos, et eos iurare facere de tali officio
bene et legaliter exercendo, quorum relato in predictis eisdem
commissis et quolibet eorum pro plena et legitima probatione
habeatur. Et insuper dicti potestas et capitaneus et quilibet
eorum teneantur quolibet mense sui regiminis inquirere de predictis,
et repertos culpabiles in penis predictis condempnent. Item
quod sindici castrorum et villarum comitatus Tuderti teneantur et debeant ...
referre et denuntiare dictis dominis potestati seu capitaneo ... facientes contra predicta
vel aliquid predictorum in castris vel villis quorum seu quarum sunt sindici, sive ipsorum vel ipsarum tenutis, sub
pena .x. librarum cortonensium pro quolibet tali sindico contrafaciente, si ipsum castrum vel villa, cuius ipse est
sindicus, habuerit .xx. focos vel ab inde supra, ~~et si non ... pro quolibet contrafaciente~~
~~habuerit, sub pena .C. solidorum tali sindico contrafacienti~~, si non denuntiaverit.

quod ex eius denuntiatione vel accusatione in camera dicti comunis pervenit.

BIBLIOTECA COMUNALE · TODI · ARCHIVIO

233v

De obligationibus contractis occasione ludi, et de pena notariorum huiusmodi instrumenta conficientium. Rubrica. novum

CXXXVIII Item statuimus quod siquis occasione alicuius ludi prohibiti per formam statutorum dicti comunis se vel res suas alicui cum quo talem ludum fecerit sive alii pro eo vel cuicumque alii occasione talis ludi obligaverit quocumque modo vel titulo, seu si aliud dicta occasione vel occasione se vel res suas pro tali lusore vel eius mandato obligaverit, potestas et capitaneus civitatis Tuderti et quilibet eorum ad requisitionem talis sic obligati sive pro quo et cuius contemplatione vel mandato talis obligatio sic contracta extiterit, seu alicuius eius propinquioris consanguinei, teneantur facta sibi fide de predictis saltem per unum testem de visu vel per tres de publica fama probatis instrumentum inde confectum facere cancellari et talem obligationem penitus anullari atque cassari. Et nichilominus talem obligatum a tali obligatione et ab omni eo quod ex ea vel ob eam sibi eius preiudicium factum vel secutum esset, seu quod fieri vel sequi posset, indempnem totaliter facere conservari. Et nichilominus talem obligationem recipientes de ipso ludo incurrat in eam penam que de ipso ludo ipso facto ex forma statutorum dicti comunis. Et in dicto casu talis sic obligatus de dicto ludo nulla pena incurrat, nec dicta occasione sibi ipsi prodesse valeat quoquomodo. Et ad hec teneantur dicti potestas et capitaneus et quilibet eorum, qui inde primitus fuerit requisitus, facere cum ydoneis fideiussoribus promicti atque caveri per illum qui talem obligationem pro se vel alium recepisset, de non offendendo in persona vel rebus illum alium recepisset, de non offendendo in persona vel rebus alia ad cuius petitionem seu pro quo talis cancellatio et predicta alia processisset. Item teneatur potestas primo mense sui regiminis facere eligi per consilium generale comunis Tuderti duos bonos homines de qualibet parrochia civitatis dicte qui in scriptis referant et assignent ipsi potestati vel capitaneo omnes et singulos ludentes ad ludum taxillorum prohibitum, et mutuantes ad ipsum ludum, et ipsa relatione facta teneantur et debeant ipsi potestas sive capitaneus cui talis relatio facta fuerit, precipere seu precipi facere cuilibet notario civitatis predicte quod non scribat aliquod instrumentum alicuius obligationis talium ludentium seu mutuantium, sine presentia et consensu eorum patrum si eos habuerint

Right margin: contracto talis ludi; vel

Left margin: alicuius capituli; sive requisitum; eos huiusmodi

suorum curatorum si eos habuerit, sive si eos non habuerit, sine consensu duorum suorum proximiorum consanguineorum ex linea paterna bene facientium contra facta. Et obligatio aliter facta non valeat ipso iure. Et nichilominus notarius contrafaciens in libris quinquaginta cortonensium pro qualibet puniatur. Dummodo saltem per unum teste de visu et per testes de fama publica deponentes ut supradictum est probetur tale obligationem fuisse occasione talis ludi contractam. Et quod in dicto casu talis notarius contrafaciens seu fide ipsi potestati vel capitaneo saltem per unum teste de visu sive per testes de publica fama probantes possit torqueri et ad officia inhiberi prout ipsi potestati sive capitaneo visum fuerit considerata facti qualitate et conditione persone. Et quod nullus notarius talis obligationem seu obligationem et dicere sive predictam possit aliqua auctoritate tudertina ad penam xxv librarum cortonensium.

Item quod syndici castrorum et villarum comitatus Tuderti teneantur et debeant in scriptis referre et denuntiare dicto domino potestati seu capitaneo omnes et singulos facientes contra predicta vel aliquod predictorum in castris vel villis quorum seu quarum sunt syndici, sive in ipsorum vel ipsarum territoriis, sub pena decem librarum cortonensium pro quolibet tali syndico contrafaciente, si ipsum castrum vel villa cuius est syndicus habuerit viginti focularia vel ab inde supra. Et solidorum centum si habuerit pauciora. Non obstante capitulo, omnibus aliis capitulis dicti statuti voluminis penalis.

f

De pena ludentium in festo nativitatis domini, seu in eius vigilia, vel in die sequenti — Rubrica — lxxxxvi.

CXXXVIIII Item statuimus quod nullus in die festi nativitatis domini nostri Iesu Christi seu ipsius vigilie vel in die proxime subsequenti ludat ad aliquem ludum taxillorum vetitum per formam statutorum comunis Tuderti. Contrafaciens vero puniatur in duplo pene contente in statuto de hac materia loquente. Et potestas et capitaneus civitatis Tuderti et quilibet alter eorum ~~locum tenens~~ teneantur facere predicta banniri duobus diebus ante diem dicti festi nativitatis domini, ad duas tubas per totam civitatem in locis solitis. Nec non in dicta die dicte festivitatis domini, die noctuque per ipsam civitatem facere tinari et scrutari de contrafacientibus et reptos

ARCHIVIO BIBLIOTECA COMUNALE TODI

culpabiles de facto puniri absque aliquo processu vel sententia propterea
faciendo vel promulganda. ¶ Item quod syndici castrorum et villarum
comitatus Tuderti teneantur denuntiare et in scriptis referre dictis
dominis potestati vel capitaneo omnes contrafacientes in ipsis castris
vel villis quorum vel quarum sunt syndici, seu in ipsorum vel ipsarum
territoriis sub pena decem librarum cortonensium pro quolibet tali syndico
contrafaciente. Si castrum vel villa cuius ipse est syndicus huiusmodi
ingrati latores vel ab inde supra. Similiter huiusmodi patriotes
sub pena centum solidorum cortonensium.

+

f Quod nullus ribaldus ~~vel aliquis~~ ludat ad aliquem ludum
taxillorum super scalis sive gradibus scalarum maioris ecclesie Tuderti. Rubrica — nova
~~Contrafaciens non fustigetur per plateam communis Tuderti~~

CXL Item statuimus quod nullus ribaldus ludat ad aliquem ludum
taxillorum super scalis sive gradibus scalarum maioris ecclesie Tuderti.
Contrafaciens non fustigetur per plateam communis Tuderti. Et prop-
terea cuilibet liceat impune tales ibidem ludentes balne-
are et super eos aquam proicere, ac etiam cum virga moderata et
sine sanguinis effusione percutere et ipsos inde expellere,
non obstante aliquo statuto vel iure aliquo quod in contrarium
loqueretur.

De pena notarii scribentis instrumentum illi qui dicitur lusisse. Rubrica CLX.

CXLI / sive aliquod rogitum ~~Item statuimus quod quilibet notarius qui scienter scripserit aliquod
instrumentum alicuius obligationis alicui facte pro aliqua causa vel
occasione ludi, pena librarum vigintiquinque denariorum cortonensium ipso facto incurrat.
Et nichilominus talis obligatio ipso iure sit nulla. ¶ Et quod nul-
lus advocatus civitatis vel comitatus Tuderti scienter contra
talem obligationem suum patrocinium prestet, sub pena predicta.~~

f De pena offendentis petentem cassari vel annullari obliga-
tionem contractam occasione ludi vel ex consanguineum. Rubrica LXXXXIII.

CXLII Item statuimus quod si quis offenderit vel offendi fecerit
aliquem qui petierit cassationem vel annullationem fieri ali-
cuius contractus vel cuiuscumque obligationis personalis sive realis facte sive
facte occasione ludi, vel restitutionem alicuius rei date de ea

pignorate, seu deposite, aut alique ei consanguineum usque in tertium gradum inclusive, et ipsa offensio facta fuerit, puniat in duplo pene, que al(ias) de tali offensione per formam statutorum dicti communis imponeretur. Et ad fidem faciendam quod dicta de causa talis offensio facta fuerit, sufficiat et plena et legitima probatio habeatur ac testatio duorum fidedignorum testium de fama publica deponentium, vel unius testis de veritate deponentis. Et eadem pena puniatur quicumque tali offensori ad ipsam offensionem faciendam prestiterit suum auxilium, consilium et favorem. — dicta de causa

f — Quod non possit renuntiari statutis loquentibus de materia ludi. — Rubrica — lxxxxiiii.

Cxliii — Item statuimus, quod nulli capitulo statutorum communis Tuderti de materia ludi loquentis renuntiari valeat per quacumque personam, seu in contrarium aliquod pactum fieri. Et si secus fiat, tale pactum et talis renuntiatio ipso iure non teneat, etiam si ad eius corroborationem fuerit prestitum iuramentum, vel pena apposita, sive preceptum guarentigie factum sit. Sed predictis vel aliquo eorum non obstantibus, tale obligationem ipso iure decernimus fore nullam. Et ipsa capitula de dicta materia loquentia in suis viribus remaneant, perinde ac si nulla de dictis cautelis intervenisset. — semper

f — Quod ~~rogatur~~ rogetur dominus Episcopus Tudertinus, ut excommunicet receptatores lusorum, et notarios scribentes instrumenta ludi. — Rubrica — lxxxxv.

Cxliiii — Item statuimus, quod per potestatem communis Tuderti et per aliquos bonos viros nomine dicti communis una cum ipso domino potestate, rogetur dominus Episcopus Tudertinus ex parte dicti communis, quod gratia et amore ipsius communis dignetur per omnes ecclesias civitatis et diocesis Tudertine ex sui parte et mandato publice moneri facere omnes et singulos receptatores ludentium ad ludum taxillorum in dicta civitate et diocesi, quatenus decetero a dicta receptatione abstineant, ac et omnes et singulos notarios dicte civitatis et diocesis, quod decetero nullum instrumentum vel scripturam aliquam scribant vel faciant de aliqua obligatione facienda occasione ludi. Nec non

ARCHIVIO ... BIBLIOTECA COMUNALE · TODI

omnes et singulos dicte civitatis et dyocesis, contra talium receptatorum
qui eos infra dictum terminum denuntiaverint Rectoribus civitatis
predicte vel alicui eorum, sub excommunicationis pena, quam quilibet talium
contrafaciens ipso facto incurrat. Et deinde lapso tali termino
omnes et singulos qui post tale monitorium aliquid in contrarium perpe
trasset, ac et qui decetero contrafecerit, tamquam excommunicatos ex
tunc per omnes ipsas ecclesias publice atque sollempniter
faciat nuntiari.

F — De non faciendo Inquisitionem ultimis quindecim diebus de potestate.
— Rubrica — lxxxvij.

CXLV — Item statuimus, quod potestas seu capitaneus civitatis Tuderti
ultimis quindecim diebus sui regiminis non possit aliquam in
quisitionem facere contra aliquem ludentem, seu contra aliquem mutuantem
ad ludum vetitum taxillorum, seu ludum ipsum receptantem,
nisi prius in consilio generali dicti comunis appalmaverit eius nomen et
pronomen, et causam propter quam contra eum inquirere vellet. Et inquisitio
aliter facta non valeat ipso iure, sed eius successor ipsam in
quisitionem ex integro et de novo reassumere ac facere
teneatur.

F — De pena euntis post tertium sonum campane. et qui possit
impune ire — Rubrica — lxxxviij.

Fictum — CXLVI — Item statuimus, quod nullus vadat per civitatem Tuderti, bur
gos vel subburgos eiusdem, post tertium sonum campane quod
pulsatur de nocte, sive de sero, sine licentia potestatis vel
civitatis eiusdem. — capitanei. Qui vero contrafecerit, si sine armis, in — post custodiam civitatis ... campane quod pulsatur de mane, d'aurora dicta, quod vulgariter vocatur ...
viginti solidis cortonensium puniatur. Si cum armis, in quadraginta
solidis cortonensium puniatur. Et nichilominus de potestate ipsorum
armorum pena debita puniatur. Liceat tamen fornariis
et eorum nuntiis et cuilibet de sua familia libere et impu
ne ire de nocte ad recipiendum panem. Ac et cuilibet
impune liceat ire de nocte. — mulieri. Item liceat cuilibet impune ire de nocte
ad criptam domus sue, et ab ipsa cripta usque ad suam domum
redire. Ac et cuilibet habenti plures domos, quas

una nō distet ab alta, ultra q̄ p sex domos ꝯtiguas.
ul quarū una eēt ex una parte uie, ꝛ alta ex opposito. ꝛ nō maioris distātie q̄ d q̄ ē xx domorum.
impune liceat ire de una ad altā, quādocumq; uoluerit.
ac ꝛ sua familia de una ad alterā mictere. Ad dca
etiā pbitōe, ꝛ pena, excipimꝰ medicos qui irēt ad cu
randos infirmos. Et spetiales occōe alicui rei alicui p
aliqua egritudine oportune. Et sacerdotes et
clericos p ministrādis ecclesiasticis sacramētis alicui p̄
egroto. Et notarios requisitos pp aliqua ultima uolūtē
ꝯdenda, et alios ad testimoniū dca occōe uocatos.
Et matricularios uocatos pp aliqd aīal egrotū curādū.
Et illos q̄ tale aīal egrotū ducerēt circacirca p ipaz
ciuitatē occōe sue egritudinis. Et nuntios qui dcis
de causis, ul aliqua earū micterent. Item omēs
qui ducerēt bestias cū salmis in quolibet tempore ca
sum ire possint de nocte sine pena, ꝛ etiā sine lumi
ne. Item mercatores, ꝛ sutores pannorū, i eundo
p pannis alicui p̄ desfire(?), ul dne nuptie(?). Item occōe
qui irēt p tele opotunis tpe micte alicui psone, ul
ad inuitandū ꝛ regredi hoīes p eundo ad funus.
Omibꝰ istis tā cū lumine q̄ ꝛ sine lumine, impune
De nocte — liceat ire p dicta ciuitatē, ꝛ eꝰ burgos, ꝛ subburgos
dcis de causis, ꝛ qualibꝫ earūdē. Item excipimꝰ
magistros, ꝛ eorū discipulos, qui p eorū arte opanda,
impune liceat de nocte ire cū lumine, ꝛ cū licen
tia potestatis ul capitanei dce ciuitatis, qua ꝯcede qlibꝫ
eorū q̄ inde fuerit requisitꝰ, eisdem ꝯcedere teneatur. Nisi
talē licentiā fraudulenter cognouerit impetrari.
Nullus quoq; uadat p ciuitatē tertiū post sonū
campane. q̄ pulsatur de nocte p custodia ciuitatis, ꝛ an
pulsatione campane q̄ pulsatur i aurora diei, q̄ uocatur
requeria, sonando cū aliquo instrumento. Contrafaciens nō hn
ta sonias(?) q̄ qlibet qui cū ipo iuerit, puniat i qn
quaginta sol. corr. p qualibet uice, si fuerit ciuis ul
comitatinus siue incola Tudertinꝰ. Si nō fuerit forensis,
puniat qlibet eorū i centū sol. corr. Excep
tis tubatoribꝫ, cerāmellariis, ꝛ aliis sonatoribꝫ comunis

BIBLIOTECA COMUNALE · TODI · ARCHIVIO DIPLOMATICO

Tuderti, quibus impune ire liceat dicto tempore, dummodo vadat hora congrua et solita ad faciendum matinatas. Ita tamen quod nullus alius ire possit cum eis. Et si quis alius iret, puniatur tam ipse quam quilibet predictorum cum quibus iret in quinquaginta libris cortonensium, non obstante aliqua licentia per aliquem eis data. Et quod nulla persona dicto tempore teneat apertum hostium domus sue habitationis sub pena .... (Et cum sub istis sonaturis per dictam civitatem burgos et suburgos eiusdem.) (sub pena ... pro quolibet contrafaciente.)

f Quod banniatur inventus post tertium sonum campane in capite scalarum palatiorum. — Rubrica — novum

CXLVII Item statuimus quod quicumque inventus fuerit ire per civitatem Tuderti contra formam capituli supra proxime precedentis, de mane banniatur in capite scalarum palatiorum communis Tuderti. Et in ipso bannimento exprimatur nomen et pronomen eius, et dicatur quod quicumque perdidisset aliquid in tali nocte compareat coram officiali custodie dicti communis, cum talis inventus fuerit ire de nocte. Et dictus officialis teneatur fieri facere dictum bannimentum vinculo iuramenti et ad penam decem librarum cortonensium.

f Quod nullus transeat aliquam postam post tertium sonum campane, et de pena celantis nomen suum. — Rubrica —

CXLVIII Item statuimus quod quicumque post tertium sonum campane contra formam statutorum dicti communis transiverit aliquam postam ubi essent positi custodes pro communi Tuderti, puniatur ultra aliam penam statutariam pro qualibet posta quam transiverit in decem solidis cortonensium. Et si per ipsos custodes tunc interrogatus fuerit de nomine suo, et non dixerit verum nomen, eo casu in centum solidis cortonensium pro tali transitu et mendacio puniatur ultra aliam penam predictam. (Quod pulsetur de sero sub dicta custodia civitatis Tuderti.)

f Quod nullus stipendiarius vadat post tertium sonum campane sine licentia. — Rubrica —

CXLVIIII novum Item statuimus quod nullus stipendiarius communis Tuderti vadat post tertium sonum campane per civitatem, burgos vel suburgos Tuderti sine licentia dominorum priorum populi Tuderti vel officialis custodie. Qui non contrafecerit puniatur vice qualibet in pena declarata in capitulo loquente de civibus

dom

post tertium sonum campane. Et quod dictus officialis custo-
die teneatur vinculo iuramenti quemlibet de predictis stipen-
diariis contrafacientem assignare dominis prioribus populi
Tuderti, et eisdem in scriptis notificare quanta pena talis
stipendiarii dicta de causa solvere tenetur, ad hoc ut tali sti-
pendiario de suo stipendio tempore solutionis sibi fiende, dicta
pena debeat retineri per camerarium camere dicti communis.
Si vero dictus officialis custodie negligens fuerit in predictis
ipsam penam de suo solvere teneatur.

Quod quilibet stipendiarius stet in eo loco ubi sibi manda-
tum fuerit per dominos Priores vel officialem Custodie — Rubrica —

XI h. c. [illegible]

Item statuimus quod stipendiarii communis Tuderti teneantur et
debeant de nocte stare in illis locis in quibus eis
mandatum fuerit per dominos Priores populi Tuderti, sive per
officialem custodie, et inde non discedere sub ea pena
que ipsis dominis Prioribus videbitur imponenda, considerata
qualitate talis inobedientie et conditione sue persone.

Quod nullus tempore alicuius rumoris in civitate, burgis
vel subburgis Tuderti ponat aliqua sbarra — Rubrica —

XII Item statuimus quod si accideret quod Deus avertat quod
in civitate, burgis vel subburgis Tuderti esset aliquis
rumor vel briga, nullus audeat ponere vel poni
facere aliqua sbarra in aliquo loco, circa ipsam civitatem,
burgos vel subburgos eiusdem, sine licentia dominorum priorum
populi Tuderti. Qui vero contrafecerit, puniatur vice
qualibet in quinquaginta libris denariorum.

Quod tempore suspitionis quilibet cui mandatum fuerit vadat
ad custodiam et quod nullus alius tunc de domo exeat — Rubrica —

XIII Item statuimus quod quicumque fuerit requisitus quod vadat ad
faciendum custodiam tempore alicuius suspitionis, statim va-
dat ad ipsam custodiam faciendam. Et si negligens

Biblioteca Comunale Todi

fuit, puniatur vice qualibet in centum soldis cort. Et si quis alius iret vel domum exiret, quod ille cui preceptum fuit, ~~puniatur~~ in vigintiquinque libris cort. puniatur.

f xiiij De hiis que incumbunt custodibus turrium circa custodiam eis commissam. — Rubrica —

Item statuimus, quod custodes turrium teneantur et debeant de nocte et de die continue stare et morari in turribus ordinatis. Et de nocte alios custodes vocare. Et non respondentes, de mane sequenti officiali custodie denuntiare. Et de die in cortone respicere pro signis ordinatis. Et si qua signa viderint, dicto officiali custodie incontinenti notificare teneantur, sub pena viginti soldorum cort. et maiori et minori arbitrio ipsius officialis custodie imponenda, considerata qualitate facti, et condictione talis custodis contrafacientis.

f Quod custodes portarum teneantur ire ad eorum portam. — Rubrica —

CL Item statuimus, quod custodes portarum teneantur ire de mane ad portam eis deputatam, antequam aperiatur, ad custodiendum, et ibi stare et morari de nocte et de die, sub pena quinque soldorum cort. Et eodem modo, quicumque deputatus fuerit per officialem custodie, ad aliquam postam sive locum, debeat ad ipsam postam sive locum ire, et inde non discedere sine licentia dicti officialis. Ita tamen, quod inde possit secedere causa comedendi et pro aliis necessitatibus sui corporis horis congruis. Dummodo, quod aliquo modo potuit, talis discedens teneatur et teneri debeat ad ipsam portam sive postam dare alium interim pro se ~~de suis sociis in continenti ad ipsam custodiam, donec ipse reversus fuerit ad ipsam portam sive postam.~~

f Quod nulla persona prestet aliquod impedimentum in portis claudendis et aperiendis. — Rubrica —

CLi Item statuimus, quod nulla persona audeat vel presumat aliquam resistentiam (sive obstaculum) vel impedimentum aliquod facere hiis qui deputati fuerint ad claudendum et aperiendum portas sive cancellos civitatis, burgorum vel subburgorum Tuderti, quominus

liberte aperiri et claudi possint. Contrafaciens vero in libr.
vigintiquinque cotr. puniatur, et in maiori et minori
pena, arbitrio officialis custodie. considerata forma qua
litate, et conditione talis malefactoris.

F Quod custodes teneantur ire ad custodiam cum armis
inscriptis — Rubrica —

CLII Item statuimus, quod quilibet custos tam ad denarios quam ad
capuddecinas, teneatur ire ad custodiam faciendam,
si mandatum ei fuerit hora condecenti et ordinata per
officialem custodie dicti comunis, et coram eo se repre
sentare cum infrascriptis armis. videlicet spata, cul
tello, cervelleria, tabulacio, et lancea, sive incepi
lancee, cum macza tam ferrea quam lignea, sive cum
mannaria, manarese, falcione, sive accepta, vel hys
similibus armis. Et si non comparuerit cum predictis
armis, puniatur per officialem custodie pro quolibet deorum
· sibi defficientium · armorum, in sex denar. Et si non venerit ad dictam
custodiam nullo modo veniret, in quinque soldis cotr. puniatur.
Et si venerit, et non comparuerit in prima vocatione, in
sex den. cotr. puniatur.

F Quod quilibet custos teneatur obedire officiali custo
die, et stare ad postam sibi assignatam, et quod non per
mictat aliquem transire sine nomine assignato — Rubrica —

CLIII Item statuimus, quod quilibet custos teneatur officiali cu
stodie, et cuilibet loco ei fuerit obedire, et ad postam sive
locum sibi assignatum ire, et inde non discedere, usque ad
capanam que pulsatur demane, ad penam quinque soldorum
cotr. seu maiorem, vel minorem penam, arbitrio ipsi official. arbitrio imponendam
considerata qualitate talis inobedientie, et conditione persone
talis inobedientis. Et quod dicti custodes non permic
tant transire aliquem sine nomine eis assignato per
officialem predictum. Et si contra eorum voluntatem aliquis
transiverit, debeant demane sequenti talem transeuntem

Biblioteca Comunale · Archivio · Fabriano

denuntiare dicto officiali. ad penam decem solidorum cort(onensium) /
~~et maiori~~ sive minori pena arbitrio officialis predicti.

f — Quod custos cui assignatum fuerit nomen debeat ipsum nomen tenere secretum — Rubrica —

Cliiij — Item statuimus, quod quilibet custos cui per officialem custodie fuerit assignatum nomen / teneat ipsum nomen secretum tenere, et nemini pandere sine licentia dicti officialis custodie. sub pena viginti quinque librarum cort(onensium).

f — Quod custodes sint solliciti ad custodiam, et de pena contrafacientium. — Rubrica —

Clv — Item statuimus, quod omnes custodes qui positi erunt ad custodiendum aliquem locum sive postam, debeant bene et sollicite custodire. Et quod saltem unus ipsorum ad minus debeat continue vigilare, ad penam duodecim denariorum cort(onensium). Et custodibus circum respondere, saltem infra tertiam vicem postquam vocati fuerint. ad penam sex denariorum cort(onensium) pro quolibet ipsorum custodum contrafaciente.

f — Quod nemo inducat aliquem forensem tempore alicuius suspitionis in civitate Tuderti — Rubrica —

xd
scribat(ur) l. vj. d. — Item statuimus, quod nullus audeat introducere aliquem forensem tempore alicuius suspictionis in civitatem, burgos, vel subburgos Tuderti. cum armis, vel sine armis, sine licentia dominorum priorum populi Tuderti sive officialis custodie. Et qui contrafecerit in libris viginti quinque cort(onensium) puniatur, et in maiori, vel minori pena, arbitrio dicti officialis, considerata qualitate, et conditione personarum talis introducentis ipsum forensem, et ipsius forensis taliter introducti.

f — Quod nulla persona intret subtus vel super portas, nec per aliquem murum civitatis Tuderti — Rubrica —

Clvj — Item statuimus, quod nulla persona audeat intrare vel exire civitatem Tuderti, subtus vel super porta, dum erit clausa, vel per aliquem murum ipsius civitatis. Et qui contrafecerit, siquidem ante quam pulsaretur campana ultima cum retocchis, in soldis centum cort(onensium) puniatur. Et si

postquam pulsata fuerit dicta campana dicto modo, in viginti
quinque lib. cort. puniatur. Et si quis non intraverit subbur
gum dicte civitatis aliunde quam per cancellos de nocte, puni
atur in viginti soldis, pro qualibet vice. Qui autem
aliquem burgum dicte civitatis noctis tempore intraverit
aliunde quam per portam, in centum soldis cort. puniatur.

f Quod quilibet clavenerius claudat et aperiat portas
horis consuetis, et non post. Rubrica.

CLvij Item statuimus quod quilibet clavenerius portarum civitatis
Tudertii debeat qualibet porta claudere et aperire
horis consuetis et consuetis, sub pena viginti soldorum cort. — et consuetam
Et quod ante horam consuetam nullam aperiat sine licentia duorum
priorum populi Tudertini, sub pena soldorum centum, sive maiori ut
pena minori arbitrio officialis custodie imponenda, conside
ratis facti qualitate et conditione persone talia facientis.

f Quod nullus custos nocturnus ducat aliquem secum qui non sit de custodibus. Rubrica.

CLviij Item statuimus, quod nullus custos nocturnus audeat
ducere secum per civitatem, burgos, vel subburgos dicte civitatis
aliquem qui non sit ad custodiam deputatus sine licentia
officialis custodie, cum nomine vel sine nomine. Et qui
contrafecerit in quinque soldis cort. puniatur, et etiam seu
in maiori pena arbitrio dicti officialis, consideratis qua
litate facti, et conditionibus personarum tam ipsius custodis
quam eius quem secum duxerit contra formam predictam.

f De offitio superstitum burgorum et subburgorum circa custo
diam nocturnam. Rubrica.

CLviiij Item statuimus, quod superstites burgorum et subburgorum
civitatis Tudertii teneantur et debeant vinculo iu
ramenti ponere custodes in locis consuetis et ordinatis
horis consuetis et saltem bis qualibet nocte ire
ad perquirendum de ipsis custodibus si sunt in locis
predictis, et si porte civitatis sunt bene clause vel non.
Et si quem defectum invenerint in predictis, seu si in

239v

venerit aliquis vel de nocte, vel tenere apta hostia domus sue habitationis, teneantur die proxime subsequenti de mane predicta denuntiare et referre officiali custodie, ad penam decem solidorum cortonensium pro quolibet eorum contrafaciente.

[De custodia] passuum civitatis fiat secundum modum istum. Sta-
tuimus quod omnes communantie istorum locorum teneantur
ponere ad passus et loca inscripta duos custodes fideles et
sufficientes ad custodiendum de die. Et quatuor alios
sufficientes ad custodiendum de nocte. Qui in dicta arte
custodiant, ne aliqua comitiva gentium equitum vel
peditum ultra tres transeat per ipsorum territorias. Et si
transirent ab inde supra, debeant ipsos capere. Et si eos
capere non possent, si fuerit de die, faciant fumum ignis
in loco eminenti et patenti, et campanas ad stormum pulsent.
Si vero de nocte, accendant ignem in loco eminenti et pa-
tenti, et nuntios festinanter mictant ad omnia loca oportu-
na, ad hoc ut tales transeuntes capiant, vel eis resi-
stant, ne suum iter ulterius prosequantur. Si vero
aliqua ipsarum communantiarum negligens fuerit in predictis
puniatur in centum libris cortonensium si ipsa communantia habuerit
triginta lares vel abinde supra. Si vero habuerit pauciores, vero usque
in quindecim puniatur in quinquaginta libris. Si vero
pauciores quindecim, puniatur in viginti quinque libris cortonensium.
Et si aliquis custodum qui ad ipsos passus custodiendos
fuerint deputati negligens fuerit in predictis vel aliquo
predictorum, puniatur in quadraginta solidis cortonensium. Ad quas
penas ipsarum communantiarum solvendas, teneantur nobiles
sergentes et omnes habitatores in ipsis locis, pro ut quemlibet
eorum contingerit pro libra sua. Exceptis orbatis, or-
fanis, pupillis, infirmis, furiosis, mentecaptis, et hiis qui tunc fuissent
absentes. ~~et inhabilibus personis~~ Et teneantur domini
potestas et capitaneus civitatis Tuderti diligenter perquirere
et investigare, si predicta omnia per ipsas communantias obser-
vent, vel non. Et si quam ipsarum culpabilem invenerint,

(Marginalia, left: "(7) [illegible] i. vi. di.)"; "singulos passus [illegible] ad singula"; "i. inhabilibus personis")

ipsam in pena predicta inciderint. Et quilibet habitator ipsorum locorum qui fuerit etatis quactuordecim annorum et sane mentis et corporis, et ab inde supra usque in sexagita annos teneatur ad dicta custodia passuum facienda, nisi fuerit scriptus in libro Capitudinum civitatis Tuderti, et in ipsa civitate habitaverit, quo casu ad dictam custodiam minime teneatur.

xvi

De pena non euntis ad custodiendum passum contractum sibi deputatum — Rubrica —

Item statuimus, quod Cuicumque iniunctum fuerit per aliquem syndicum alicuius insfrascriptarum Communantiarum [illegible] sive insfrascriptorum locorum, vel per alium ad hec deputatum, quod ire et ad custodiam faciendam, apud aliquem insfrascriptorum passuum, et non iverit, puniatur vice qualibet in quadraginta solidis cortonensium. Et si iverit, et discesserit ante horam competentem, in mediatate dicte pene vice qualibet puniatur. (sebat in xvi)

Que castra, loca, et passus et ville, singulariter sunt hec et hec, videlicet,

Ad passum Furelli
- Castrum Furelli
- Villa de Scoppletis
- Castrum Salviani
- Castrum Civitelle et
- Villa Monticelli

Ad passum Montis de Cima Crucis
- Castrum Collis aglen
- Castrum Vaccarii
- Castrum Duglani et
- Castrum Fractelorenti

Ad Roccham filiorum Civitelli
- Castrum Petrii
- Castrum Moticuli
- Castrum Carnani
- Castrum Podii Guadegie et
- Castrum Tenaglie et
- Villa Facte Corsante

Ad passum Lapidis Orgle male
- Castrum Civitelle
- Villa Quactuor cappellorum
- Villa Jovengani
- Villa Renacii
- Castrum Adunatobbe et
- Castrum Sosnani

Ad passum Paca sciii
- Castrum Melezzale
- Castrum Vallium
- Castrum Tosculani et
- Castrum Sancte Restitute

Ad passum de Pede Motto
- Castrum Chegalini
- Villa Sancti Johannis Lametuti
- Villa Catogne
- Villa Floris
- Villa Sancte Crestene et
- Villa Romazani

[library stamp]

Villa de Mortis
Castrum Pigliuti
Castrum Fulignani
Castrum Aquelorti
Villa Capparinarum et
Castrum Collislongi
— ad locum de Mortis

Castrum Camorate
Castrum Olmole
Castrum Strate
Castrum Collisthezali
Villa nova
Villa de Pazzis et Feraccis
Villa Caragnole et
Villa Olmeti et
Castrum Castiglioni
— ad passum Sancti Sisti super Strata

Castrum Asprole
Castrum Porchiani et
Villa Carnani
— ad molendinum Ciccoli domini Andree

Castrum Franchum
Castrum Ciciglani et
Villa Stabiamoni
— ad passum dictum Stabiamoni

Castrum Farnecte et
Castrum Montiscastelli
— ad passum Farnecte

Castrum Collisfica
Castrum Magliani
Castrum Pestiani
Castrum Aquesalze et
Castrum de Scoppletis
— ad passum sive castrum Collisfici

Castrum Rosarii
Castrum Castiglani
Villa Podii Felini
Villa de Carrariis et
Villa de Ripis
— ad passum Rosarii

Castrum Quarrellorum
Castrum Tudinum et
Castrum Ripalanorigne
— ad passum Marrelle

Castrum Acquasparte
Villa de Configniis
Castrum Pillicioni
Castrum Montiscastri et
Castrum Lucignani
— ad passum Sancti Johannis de Buctis

Castrum Mezanelli
Villa Romite
Castrum Burchiani
Castrum Collispetracci
Villa de Ripis et
Castrum Castiglonchii
scilicet Montis in Pantano
— ad passum Mezanelli

Castrum Masse
Castrum Raynaldi
Castrum Potis
Castrum Motignani
Villa Vallislonge et
Villa Ragii
— ad passum Rennie

Castrum Fulignani
Castrum Rosceti
Castrum Sortani
Villa Sancti Viti et
Castrum Collisvalenge
— ad castrum sive passum Collis Valenge

Villa Vepium
Castrum Ficarete
Villa Casalecchii
Castrum sancti Damiani
Castrum Montis Sebignani et
Castrum Monticelli
— ad passum Capaccii de Vepiis

Castrum Vetus
Castrum Pettorii duorum sanctorum
Villa Montis Luponi
Castrum Borgnani et
Castrum Loreti
— ad passum castri Veteris

Castrum Marcellani
Castrum Podii Jannarii et
Castrum de Curtis
— ad passum sancti Angeli Scolenie

Castrum sancti Terentiani
Castrum Concoli
Castrum Frontignani
Villa Frontignani minciali
— ad passum sancti Terentiani

Villa Pettioli
Villa duorum sanctorum
Villa Cantani
Villa Parrini
Villa Osseluti et
Villa Lobregnani
— ad passum sancti Erami

Castrum de Ilcis
Castrum Fracte Ingagate
Castrum Morticii
Villa Montis Molini et
Villa Capriaglie
— ad passum hospitalis de Ilce

Villa Pontis Marcetis
Castrum Collis
Castrum Collis Cecchi
Villa Pantalle
Castrum Asignani et
Castrum Ripaioli
— ad passum Pontis Marcetis

Castrum Collis Pepi
Castrum Ripe Blanche et
Castrum Collis Medii
— ad passum Collispepi

Castrum Casalte
Castrum Petroli Sechii et
Villa sancti Viti
— ad passum sancti Fortunati de Canale

Castrum Cagletoli
Castrum Certalti
Castrum Parte
Castrum Novum et
Castrum Cisterne
— ad passum Pulce quo itur ad Canallaria

Castrum Plani Arneti
Villa sancti Cassiani et
Villa Podii Peroscelli
— ad passum sancti Sismundi

Castrum Orgali et
Castrum Motiorne
— ad passum Vecchiatelle prope Castrum Orgali

Castrum Fracte Episcopi
Villa Ripinatte et
Villa sancti Laurentii de Bubiata
— ad passum Fracte Episcopi in loco de Fagenia

Castrum Montis Castelli et
Villa de Sterpetis
— ad passum Turricelle quo itur ad Ozilum

Villa sancti Bartholomei — ad passu Turris Nalli Jacobi
Castrum Podij Albrici
Villa Cecanibij
Villa sancte Marie et
Villa sancti Johannis

Castrum Dolij — ad passu Castri Dolij
Villa sancte Marie in monte
Villa Montis filiorum Lanni
Villa Cecanibij et
Villa Collisicci

Castrum Quatri — ad portu filiorum Signorutij
Castrum ~~Quatri~~ Roccialischij
Villa Canonice Collis
Villa Montis Calui
Villa Casalecchij
Villa Cordigliani et
Castrum Pompognani

De pena ~~faciendis~~ facientis falo contra istam formam. Rubrica — lxxxxviij.

Clx Item statuimus quod nullus audeat uel presumat de aliquibus
nouitatibus, conflictibus, seu aduentu alicuius domini uel
baronis in ciuitate uel comitatu Tudertino facere aliquod falo
uel aliquod signum gaudij, nec assibilare siue bi-
gordare, nec aliquid aliud facere, propter quod posset aliqua
vel seditio murmuratio in dicta ciuitate oriri. Et qui contrafece-
rit in libris centum cortonensium puniatur. Et predicta
faciat potestas banniri per ciuitatem Tudertinam in locis co

suatis salte semel primo mense sui regiminis. Et possit tamen quilibet facere falo et gaudium hostendere, quando fuerit falo super palatio comunis Tudertii, aut quando bannitum erit hoc ex parte potestatis vel capitanei civitatis predicte.

De pena destruentis muros civitatis. et quod opponatur de refectione murorum burgorum — Rubrica — CLVII.

CLXI Item teneantur potestas et capitaneus civitatis Tudertine cogere quemlibet qui muros civitatis Tudertine destruxisset in aliqua eorum parte, aut aliquos lapides inde extraxisset, quod ipsi murum statim reficiat suis expensis. Et quilibet habens hostium sive foramen aliquod in aliquo muro dicte civitatis, statim teneantur ipsum claudere et murare cum lapidibus calce et arena, ita quod nemo inde possit intrare vel exire, ad penam centum soldorum comunis. Item quod nulla persona habeat vel habere intelligatur ius aliquod in aliquo muro dicte civitatis aliqua ratione vel causa, et si quis tale ius allegaverit nullatenus audiatur. Et quod domini potestas et capitaneus populi Tudertini teneantur facere opponi tempore cuiuslibet capitanei in consilio populi, quod muri burgorum dicte civitatis integraliter reficiantur et murentur.

(marg.: in ea consuetudine in qua prius erat.) (marg.: de civitatis.)

De pena devastantis silvas comunis. — Rubrica — CLVIII.

CLXII Item statuimus quod nullus laboret, aut quoquomodo devastet, sive laborari vel devastari faciat silvas, aut alias possessiones comunis Tudertii. Et maxime a fossato Riambre versus Montemartanum, ad penam decem librarum comunis. Et quod quilibet contrafacientem valeat accusare, et habeat medietatem pene, que ex sua denuptiatione vel accusatione dicta de causa pervenerit ad cameram dicti comunis. Ita tamen quod hoc capitulum non preiudicet habentibus possessiones suas in dicto Montemartano.

(marg.: denuptiare et)

De pena laborantis terras de quibus fuerit questio inter comune Tudertinum et dominum Actonuadinum. Rubrica — CLXXXXV.

BIBLIOTECA COMUNALE · TODI · ARCHIVIO

Clxiii Item statuimus quod nulla persona audeat vel presumat
in terris et possessionibus de quibus diu viguit et
viget questio inter Commune Tuderti ex una parte et
dominum Aldrovandinum de Canali et eius successores
ex parte altera, laborare seu laborari facere cum be-
stijs vel sine bestijs. Siqui non contrafecerint cum
bobus vel alijs bestijs laborando, in perditione ipsarum be-
stiarum penitus condempnentur. Qui autem sine bestijs
laborando, in vigintiquinque libris cortonensium vice qualibet
puniatur. Et quod cuilibet liceat ipsis laboratoribus
auferre ipsas bestias cum quibus ipsas possessiones coluerint.
Dummodo eas postea in palatio Camerario Communis Tuderti pro
ipso Communi assignet. Quarum bestiarum seu extimationis
ipsarum medietas per eundem Camerarium tradatur ipsis captoribus
et assignatoribus, et alia medietas sit dicti Communis. Vo-
lumus insuper, quod domini Priores populi Tudertini
procurent et procurari facere teneantur per publicum banimentum,
et omnibus alijs modis quibus eis videbitur, de possessionibus
quas ipsum Commune habet et diu habuit a castro Quatri
usque ad castrum Martiani. Et de alijs possessionibus
ubicumque sitis, ad ipsum Commune pertinentibus, que forent per
alium occupate. Et ipsis repertis, procuret adeo quod
per ipsum Commune recuperentur, possideantur et usufructuentur.
Et maxime cum de Registro bonorum dicti Communis reperiantur
incise et extracte quedam carte in quibus continebatur
bona que ipsum Commune solitum est habere a dicto castro Qua-
tri usque ad dictum castrum Martiani.

F De pena non perficientis opus Communis. Rubrica. Cxxxvij.

Clxiiii Item statuimus, quod si aliquod opus seu laborerium ad cot-
timum vel alio modo fuerit alicui locatum per Commune Tuderti.
Et ille cui locatum fuerit illud non perfecerit, aut in
dicto opere vel laborerio fraudem commiserit, in centum
solidis cortonensium puniatur. Et nichilominus ad illud per-
ficiendum, ac ad resarciendum dicto Communi in duplo omne
dampnum quod dictum Commune ex eo incurrisset vel passum esset,
omnibus iuris remedijs effectualiter compellatur.

f De pena occidentis vel vulnerantis animal alicuius – Rubrica – CXXXIJ.

Clxv Item statuimus, quod nulla persona ~~audeat~~ occidat vel vul
neret aliquod animal alicuius. Qui non contrafecerit
si quidem occidendo, condepnetur domino talis animalis, in inte
gra et vera extimatione ~~talis~~ animalis, ac et comuni Tuderti
ultra dictam condepnationem, condepnetur in medietate
ipsius extimationis. Dummodo ipsa pena dicto comuni applican
da, excedere non possit summam quinquaginta librarum cortonensium.
Si autem vulnerando, siquidem ex ipso vulnere, tale
animal, totaliter effectum esset inutile, similiter predicta omnia vendicent
sibi locum. Ita tamen quod in eo casu, tale animal sit et esse de
beat talis malefactoris. Si non ex tali vulnere
tale animal nullo modo inutile factum fuerit, eo casu
si ipsum animal fuerit equus, condepnetur talis percussor
domino talis equi in libris decem cortonensium. Et si fuerit bos, | adem domino tal' bestie
vel asinus, seu alia bestia grossa, condepnetur in solidis
centum cortonensium. Et si fuerit alia minuta bestia, in
solidis viginti cortonensium domino talis bestie condepnetur.
Et medietas, in hiis casibus, condepnationis dicto comuni, in dimidia dicte penarum. Et predicta omnia, pro eadem percussura
ac pro eadem summam possit et debeat expediri, ad beneplacitum domini talis bestie in quolibet casuum
predictorum.

f De pena capientis columbos et de aliis ad dictam materiam pertinentibus – Rubrica – CXL.

Clxvi Item statuimus, quod nulla persona capiat vel capi faciat
aliquem columbum domesticum vel turrisianum.
ad aliqua escatura, vel aiolum, vel ad aliquem laqueum,
seu alio quocumque ingenio. Et qui contrafecerit,
pro quolibet columbo sic capto, condepnetur comuni Tuderti
in quadraginta solidis cortonensium, et ei qui tale dapnum passus
fuerit, ad refectionem et emendationem talis dapni integ
raliter condepnetur. Et ad faciendum fidem de predictis,
sufficiat sacramentum talis domini, usque in quantitatem et
numerum duorum columborum. A duobus vero columbis
supra ~~fid~~, sufficiat dictum trium testium fidedignorum
deponentium de publica fama. Item nullus possit
tenere aliquod aiolum, vel aliud instrumentum aptum ad

capiendos columbos, a die carnisprivii usque ad festum omnium sanctorum sub pena quadraginta soldorum cortonensium pro quolibet columbo. Item nullus possit occidere aliquem columbum alienum, seu percutere, vel contra eum sagictare, ad penam viginti soldorum cortonensium pro quolibet columbo. Item si aliquis piccicarolus reperiretur habere columbos aliquos ad vendendum, et aliquis qui haberet columbariam seu columbos petierit ab ipso piccicarolo unde ipse habuit, sive a quo, teneatur ipse piccicarolus eidem pandere a quo emerit, quod si non faceret, in quadraginta soldorum cortonensium puniatur. Item si in terrutario alicuius castri vel ville fuerint capti aliqui columbi de aliqua columbaria, syndicus et homines talis castri vel ville teneantur in fortia dicti comunis presentare, vel saltem in scriptis denumptiare domino potestati vel capitaneo tale capientem, quod si non fecerint teneatur universitas talis castri vel ville in cuius terrutario tales columbi capti fuissent, ipsum dampnum emendare illi cuius erunt columbi predicti.

f

CLXXXVIII Quod laboratores teneantur observare pacta. Rubrica CLXXXVIII.

Item statuimus quod potestas et capitaneus civitatis Cortone teneantur omnibus iuris remediis oportunis cogere laboratores terrarum alienarum, custodes silvarum alienarum, et omnes qui alienas possessiones tenent ad cottimum, vel ad aliquod ~~aliud~~ certum redditum, obventionem vel pensionem, observare et adimplere omnia per eos promissa et conventa ipsis suis auctoribus. Nec eisdem de rebus ipsis aliquam litem, questionem vel controversiam movere audeat vel referre. Et qui contrafecerit in libris viginti quinque cortonensium puniatur. Et eadem pena puniatur ille qui scienter et contra veritatem negaverit aliquem in re aliqua seu cottimum habere.

f

De pena facientium conventiones de non laborando terras, et de in fundo in faciendo eas laborari per homines comitatus. Rubrica CLXXXIX.

Clxviij

Item statuimus, quod si aliqui de aliquo castro vel villa comitatus
Tudertini simul fecerint aliquam ligam vel iuramentum de non labo
rando terras alicuius civis vel comitatini Tuderti, potestas et capita
neus civitatis predicte et quilibet eorum, coram quo querela de predictis exposita fuit
~~malefitio cognoscere~~, teneantur quemlibet predictorum in decem
libr. cort. condempnare. Et si quis habens aliquas suas terras
in aliqua parte comitatus predicti non posset invenire laboratorem
qui ipsas terras laboraret, dicti Rectores et etiam Judex
sindicus, et quilibet eorum qui inde fuerit requisitus, teneantur ad
petitionem eius qui habuerit tales terras ipsas laborari facere a
laboratoribus circumstantibus ipsis terris. Qui laboratores de
ipsis terris habeant partem fructuum condecentem, consideratis con
suetudine ville loci, et qualitate ipsarum terrarum. Et si homines
illius castri vel ville in cuius tenuta posite sunt tales
terre, absentaverint se a dicto loco, homines alterius loci magis
propinqui dictis terris teneantur ipsas terras laborare secundum
modum predictum. Et quod omnes laboratores terrarum alienarum
teneantur congruis temporibus notificare suis locatoribus sive
illis a quibus aliquas terras ad laborandum receperint, quod va
dat vel mictat ad videndum fieri messes, sive bacti
turam, seu vindemiam, vel quamcumque aliam recollectam fruc
tuum super talibus terris pendentium. Qui autem contrafe
cerit in viginti solidis cort. puniatur. ~~Item quod homines
castrorum et villarum comitatus Tuderti.~~ Que omnia locum habeant
et in terris assignatis ex primo vel secundo decreto alicui cre
ditori contra suum debitorem per curiam Tuderti, seu quas aliquis
ipse creditor ex potestate et licentia sibi a suo debitore
per publicum instrumentum concessa sua auctoritate apprehenderit
pro aliquo debito pecuniario. ~~teneantur laborare ipsas terras~~
pro ipsis creditoribus et eisdem de fructibus ipsarum fideliter
et legaliter respondere prout decens fuerit, consideratis
qualitate ipsarum terrarum et consuetudine ipsius loci. Item
si aliquis civis vel comitatinus Tuderti petierit ab aliqua uni
versitate hominum alicuius castri vel ville comitatus dicti Tuderti
quod laboret aut laborari faciat terras suas. Cum in ea an
nia de quo super predictis exceptum fuit quod optentum consilium civium
tudertinorum ... in eadem ten. terras suas ... tales terre
sint laborande per duos agricultores circumstantes vel non.

Cons. tud.

ac quod bactitura granorum seu bladi in prompta

quod nunc per for. stat. dei Cons. no reprobato.

244r

laborandie vel non. Ita tamen quod ille qui hoc petet non intersit
huiusmodi deliberationi. Et si contingerit per ipsos cives delibera
tum fuerit quod per homines talis comitatus laborentur, eo casu
teneantur homines talis universitatis illius qui in dictis terris ipsas laborare et
tales terras habuerint respondere de fructibus ipsarum terrarum
prout decens fuerit habita consideratione premissa. Et nichilo
minus homines talis comitatus si in ipsis terris laborandis
propter eis iniunctum fuerit per aliquem dominorum rectorum sive
officialium fuerint negligentes, condepnentur domino vel qui
domino ipsarum terrarum in soldis decem cortonensium pro quolibet quar
tigio ipsarum terrarum ad mensuram quartigii communis tuderti.

f. De pena portantis pannum ad gualcandum extra comitatum Tuderti.
— Rubrica — Clij.

CLxxxij Item statuimus quod nullus portet vel portari faciat
aliquem pannum ad gualcandum extra comitatum Tuderti ad
penam decem solidorum cortonensium pro quolibet contrafaciente. Et
quod Potestas et Capitaneus civitatis Tuderti predicta banniri faciat
per civitatem Tuderti saltem semel infra primum mensem sui
regiminis.

(Statutum V. Ra. pt. c. clxxxij. Statutum Ra. de lanariis rubrica lxxxij. in eodem quaterno.)

f. De pena exercentium procurationem contra infrascriptam formam
~~et modo scribendi aliquem in matricula notariorum~~ — Rubrica — C liij.

CLxxiij Item statuimus quod nullus in aliqua lite, causa vel questione
civili vel criminali, mera vel mixta, coram aliquo iudice
vel officiali communis Tuderti iurisdictionem habente, possit vel
debeat alicuius procuratoris, actoris vel curatoris officium
exercere pro quacumque persona, nisi talis pro quo illud officium
exercuerit sit sibi coniuncta ex parte consanguini
tatis vel affinitatis usque in quartum gradum inclusive.
Vel nisi talis procurator, actor sive curator esset scriptus
in matricula notariorum civitatis Tuderti. Contrafaciens
vero in viginti quinque libris cortonensium puniatur. Et nullus quoque
Rector sive officialis communis Tuderti talem procuratorem, actorem
vel curatorem audiat vel admictat in aliquo vel super aliqua

·I· qt. for. pdam. lite, et ut conetur, ptg ~~notificatum sibi fuerit, quod ipse nomen scriptus in matricula suprascripta~~ sibi predicta fuerunt dampnata sub pena predicta.

De ea forma qua sit admittendus in matricula notariorum civitatis Tuderti — Rubrica —

debeat i... ...disti / ... — Item statuimus, quod quotienscumque aliquis petierit se admicti et scribi in matricula artis notariorum civitatis Tuderti, Consules dicte artis teneantur per publicum preconem comunis Tuderti facere convocari universitatem hominum dicte artis. et ea taliter convocata atque coadunata, talis qui in ea se admicti ~~petierit~~ et scribi petierit, personaliter coram ipsis consulibus, et coram consiliariis et aliis hominibus dicte artis et matricule, tunc in dicta adunantia existentibus, debeat comparere. Et per ipsos Consules et consiliarios examinetur secundum formam ordinamentorum dicte artis. et deinde in dicta matricula, nisi prius obtemptum fuerit per duas partes ipsorum omnium, qui tunc in dicta adunantia interfuerint, premisso inter eos partito ad bussulas et palloctas. dummodo in ipsa adunantia tunc interfuerint saltem quinquaginta notarii dicte artis et matricule, non computatis in dicto numero, dictis Consulibus et consiliariis. Et si preter uel contra dictam formam aliquis aliquis in dicta matricula admissus et scriptus fuerit, non valeat nec teneat ipso iure, et pro non admisso et non scripto penitus habeatur.

recipi et scribi non debeat.

De pena notarii non scripti in matricula exercentis artem — Rubrica — Clxij.

Clxxj — Item statuimus, quod nullus notarius qui non fuerit admissus et approbatus secundum formam, ~~capituli sui proxime precedentis~~, ac et scriptus in matricula notariorum civitatis Tuderti, exercere possit artem notarie in civitate uel comitatu Tuderti. Contrafaciens vero, in viginti quinque libris cortonensium ~~cort~~ puniatur. Et predicta potestas et capitaneus civitatis predicte ~~potestas~~ quolibet mense sui regiminis, per ipsam civitatem publice banniri facere teneantur. Ita tamen, quod predicta non vendicent sibi locum in notariis forensibus, qui de certo fuerint in aliquo officio dicti comunis, quantum ad ea videlicet, que ad ipsorum officium pertinuerint.

Stat. cois tud. ... logitur.

·sit. seu

BIBLIOTECA COMUNALE · TODI · DIARIO

f De pena ducentis forensem ultra / vel ultra quactuor homines seu occasione alicuius questionis - Rubrica - Clxx.

Clxxii Nullus occasione alicuius litis, cause vel questionis quam haberet cum aliquo / seu ducat sive venire faciat ad aliquem ~~locum ad quem iret~~ ipsa occasione aliquem forensem, vel ultra quactuor homines de civitate vel comitatu Tudertino. Et qui contrafecerit in libris decem cortonensium vice qualibet puniatur.

in aliqua curia Tudertina.

ipsam occasionem

f De pena filii molestantis patrem. - Rubrica - Clxxiii.

Clxxiii Item statuimus quod si quis habet aliquem filium emancipatum, cui dederit aliquam partem suorum bonorum, potestas et capitaneus civitatis Tudertine et quilibet eorum ad requisitionem ipsius patris cogere teneantur omnibus iuris remediis oportunis talem filium ut ipsum patrem non molestet in aliis suis bonis, et quod sit contentus de ipsa parte sibi a dicto suo patre concessa. Si vero talis filius contrafecerit, puniatur ad voluntatem talis sui patris. Et si talis filius offenderit patrem suum percutiendo eum in eius persona, puniatur ad voluntatem ipsius patris. Et nichilominus talis filius privetur omnibus bonis sibi per ipsum suum patrem concessis et assignatis, que in casu predicto ~~ipso iure in talis eius patris~~ dominium revertantur. Et si eum offenderit / auferendo eidem aliquid de bonis suis, eo casu de tali maleficio puniatur similiter ad arbitrium dicti sui patris, et nichilominus quicquid de ipsis bonis eidem abstulerit, ei restituere teneatur. Et de predictis et quolibet predictorum stetur iuramento ipsius patris absque alia probatione. Et predicti potestas et capitaneus et quilibet eorum ad requisitionem talis patris observari facere integraliter et effectualiter teneantur ad penam centum librarum cortonensium pro quolibet eorum contrafaciente.

absque sanguinis effusione et vel membri debilitatione.

potestati ac [illegible] capitaneo ipso facto, pro parte, pro suo [illegible] applicetur [illegible]

f De prohibitionibus litis sponsalium et aliis tempore matrimonii et nuptiarum - Rubrica - Clxxv.

Clxxv Pro evidenti quodam hominum civitatis et comitatus Tuderti et

ut supradicti superflui, onerosi, et indecentes vitentur et cessent, fuit
statutum, quod nulla mulier civitatis Tuderti que nubet alicui civi
Tuderti, vadat equester tempore nuptiarum ad virum suum, movendo se
de una domo dicte civitatis sive ipsius burgorum, et eundo ad aliam — vel subburgorum
domum existentem in eadem civitate, burgis, sive subburgis,
Et quod in eius comitiva ultra quam quactuor seu quinque domine que
fuerint ex parte ipsius viri non vadat. Et si plures accederent,
puniatur vir qui eas duxerit de ea in comitiva talis sue uxoris
vel fecerit seu permiserit, in viginti solidis cortonensium pro qualibet
domina que iverit ~~que~~ ultra numerum supradictum. Et quod
nulla persona recipiat aliquam mulierem que de proximo ad virum suum
ivisset, de aliqua contrata civitatis, burgorum vel subburgorum
Tuderti, Exceptis illis personis que simul cum eius viro in eadem
domo morarentur. Et quod nulla domina invitet vel
requirat eam vel occasione alicuius mulieris que tunc de
proximo nupta fuerit, Exceptis dominabus que fuerint de domo
vel consanguinitate ipsius mulieris. Et quod quando traden-
dus est anulus alicui mulieri pro eius viro, seu quando aliqua
mulier subarrata est, non intret cum ipso viro seu tunc
de proximo ante vel post ipsum virum, in domum vel locum ubi talis
mulier esset, ultra quam octo homines. Et quod tunc nullus
extrahat alicui cappucium, vel aliquod aliud de capite,
seu petiat ibi quicquam. Et quod panni alicuius mulieris
antequam ad suum virum vadat — nupte, non deferantur ad eam ex parte ipsius viri ~~sui ante~~
~~quam ad eum vadat~~, publice et palam, sed clam, et secrete. Et
quod nulla persona de civitate Tuderti comedat in domo habitatoris
illius qui maritaret aliquam mulierem tempore ipsius matrimonii
contracti, Exceptis viro, et duabus aliis personis ad plus,
non computatis in dicto numero, aliquibus in ipsa domo habitantibus.
Et quod nullus consanguineus talis mulieris post dictum
tempus faciat dictam de ea, seu occasione, aliquod convivium alicui
persone, preter quam viro talis mulieris, cum duabus aliis personis
ad plus. Et quod ad domum talis mulieris, eo tempore nul-
lum exenium mictatur, et si micteretur, nullus de
domo talis mulieris ipsum recipiat. Et quod vir
tempore nuptiarum, et ad ipsas nuptias, invitare seu habere
non possit cum eius uxore, ultra quam quactuor dominas, ad plus.

BIBLIOTECA COMUNALE · TODI · ARCHIVIO

duas videlicet ex parte sua et duas ex parte ipsius uxo-
ris. ¶ Et quod ad domum talis viri tempore ipsarum nuptiarum,
seu eorum occasione, nullum enseruum mictat. Et si mictetur
nullus ipsum recipiat. ¶ Et quod nulla persona tali mulie-
ri nupte, vel alteri pro ea tempore matrimonii contracti.
et ea occasione, donet seu donari faciat pecuniam, vel
rem aliam. ¶ Et quod occasione alicuius matrimonii contracti
vel contrahendi, non possit in dicta civitate, burgis, vel
subburgis, infra octo dies ante vel post ipsum matrimonium contractum
seu infra octo dies ante vel post ipsas nuptias, ~~que dicta de causa~~
~~fierent~~, aliquod convivium fieri aliquibus personis ultra numerum super-
dictum. ¶ Et quod in quolibet predictorum casuum, in quo pena, S. in presenti capitulo,
expressim determinata non est, quelibet persona contrafaciens
penam librarum decem cortonensium ipso facto incurrat. ¶ Ad quorum
observationem solummodo cives Tuder, ac et comitatenses Tuder,
continue cum suis familiis in dicta civitate habitantes, non
teneantur obligati.

f De pena mulierum portantium indumenta contra formam
infrascriptam. Rubrica.

CCXXXV Item quod nulla mulier possit deferre in aliqua vel
super aliqua parte sue persone, aliquod ornamentum
de auro, argento, perlis, gemmis, vel lapidibus pretiosis,
Exceptis anulis, scaialibus, et aliis cinturis fila-
tis sive fornitis auro vel argento, Et maspillis
sive bottonibus, quos deferre possit ea abottonandi
Fuit eis placuit. de auro vel argento. Et exceptis frenectis, quorum
quolibet non excedat valorem et extimationem solidorum quadraginta
cortonensium. Neque aliqua veste, cuius laborerium et factura co-
stet ultra decem libras cortonensium. ¶ Nec in aliqua veste,
excepto mantello, cuius longitudo pretendat sive pretendi
possit ultra quam usque ad pedes ipsius mulieris inclusive.
¶ Neque aliquod templectum in aliqua sua veste, cuius
altitudo excedat mensuram sexte partis unius passetti.
¶ Et quod nulla mulier etatis duodecim annorum vel ab in-

super, deferat in dorso aliqua veste scollata ultra et
contra infrascriptam formam et mensuram, videlicet quod quelibet
scollatura talis mulieris sit et esse debeat rotunda,
ita quod ipsa rotunditas correspondeat et conformet busto
persone ipsius mulieris. Et quod taliter fiat dicta scolla
tura quod ex utraque parte tam dextra quam sinistra
sit et remaneat ipsa vestis, mensurando ipsam a punta
orche sive a costura que fit super ipsa orcha versus
collum ipsius mulieris, amplitudinis ad minus sextedeci
me partis unius brachij, ad mensuram brachij cum quo
panni lanei venduntur et mensurantur in civitate Tuderti.
Contrafaciens vero in quolibet casuum predictorum pena
librarum decem cortonensium incurrat vice qualibet ipso facto.
Et quod nulla talis mulier deferre possit aliquam
vestem habentem boccalia manicarum maioris longitudinis
quam usque ad puntas digitorum manus ipsius mulieris inclusive,
sub pena soldorum centum cortonensium quolibet contrafaciente
et qualibet vice. Et quod in quolibet casuum predictorum
ad dictas penas solvendas cogatur et cogi possit vir talis mu
lieris, si virum habet, ita tamen quod quicquid ipse vir dicta de causa solve
rit detrahat et detrahi possit de dote talis mulieris.
Et si virum non haberet, ad dictarum penarum solutionem cogatur et
cogi possit pater eius, seu avus paternus, si eos vel alterum
eorum habet, et cum eis vel altero eorum moretur et habitet. Et ad
et cogi possit et debeat ad dictas penas solvendas quelibet
alia persona in cuius et sub cuius familia esset talis mulier delinquens,
et que una secum in eadem domo tunc temporis habitaret.

f De certis vestibus et ornamentis non deferendis per mascu
los. Rubrica.

CCxxxvj Item quod nullus masculus, civis vel comitatensis Tuderti,
deferat capucium longum ultra mensuram unius brachij, ad
mensuram brachij communis Tuderti cum quo panni lanei vendun[tur]
et mensurantur. Nec amplum ultra mensuram unius brachij-

ARCHIVIO - BIBLIOTECA COMUNALE - TODI

et quarti, ad dictam mensuram. mensurando in dicta amplitudine biccum per capucium. Neque aliquod aurum vel argentum massicium seu laboratum, sive aliquod frexium auratum vel argentatum, vel perlas, in aliquo vel super aliquo capucio quod deferret in capite. Contrafaciens vero in quolibet dictorum casuum in solidis centum cortonensium vice qualibet puniatur. Exceptis militibus, quibus liceat omne ornamentum in capuciis et super capuciis suis impune deferre.

F

De pena portantis mantellum contra formam istam, vel aliud vestimentum. Rubrica.

CCxxxviii

Item quod nullus civis seu comitatensis Tudertinus deferat aliquem mantellum longiorem guarnachia, quam in dorso portaret. Neque aliquem mantellum cum capucio coniuncto et bicco, sit longum uno brachio et quarto, ad mensuram predictam. Neque aliquem mantellum fratescum apertum et fessum ex parte anteriori. Neque aliquem mantellum foderatum fodera panni lanei, vel linei, seu pellis, vel guarnelli. Exceptis militibus, judicibus, notariis peritis, medicis, et omnibus aliis etatis sexaginta annorum, vel ab inde supra. Quibus deferre liceat mantellum qualibet fodera foderatum. Contrafaciens in aliquo dictorum casuum, pena centum solidorum cortonensium ipso facto qualibet vice incurrat. Nec etiam deferat aliquam guarnachiam seu cottarditam, que distet seu altiata sit a terra, ultra medium brachium ad dictam mensuram. Neque boccaliam seu biccos guarnachie, que seu qui extendat ultra longitudinem suorum brachiorum et manuum. Ita tamen quod predicta locum non habeant in guarnachiis, cottardittis et tunicis iam factis, set solum in fiendis. Nec etiam locum habeat in tunicis de lacco colorato vel non colorato. Nec etiam deferat aliquis de predictis manicas alicuius tunice vel cottardite longas ultra longitudinem sui brachii, videlicet usque ad eius manum exclusive, ita quod ipsa manus in longitudine dicti sui brachii nullatenus comprehendatur. Contrafaciens vero in aliquo dictorum casuum vice qualibet in solidis centum cortonensium puniatur. Nec etiam deferat aliquis aurum

(margin:) brachii cortonensis cum quo panni lanei venduntur mensurandum.

(margin:) Neque aliquam tunicam distantem seu altiatam a terra ultra duas tertias brachii ad dictam mensuram

vel argentum, sive petrarum vel frescios laboratos seu compositos cum auro vel argento, in aliquo vel super aliquo suo vestimento, sub pena librarum decem cortonensium pro quolibet contrafaciente et qualibet vice. ¶ Liceat tamen cuilibet deferre pro abottonatura cuiuslibet sue vestis usque ad quinquaginta maspillos ad plus, argenteos, etiam deauratos. ¶ Exceptis militibus, iudicibus, iuris peritis, et medicis, quos ad predictorum observantiam nolumus obligari.

si sibi placuerit.

f

De pena sartorum, et eorum discipulorum, et artificum facientium contra capitula suprascripta. Rubrica

CCXXXVIII

Item statuimus, quod nullus sartor incidat seu tagliet, aut suat, sive suere faciat aliquem pannum pro aliqua veste, sive aliquam vestem contra formam suprascriptorum capitulorum de dicta materia loquentium, sive aliorum eorum, sub pena decem librarum cortonensium pro quolibet contrafaciente et qualibet vice. ¶ Nec in aliqua veste, cuius laborerium et sutura costet seu costare possit ultra decem libras cortonenses, sub pena viginti quinque librarum cortonensium pro quolibet contrafaciente et qualibet vice. ¶ Ad quorum observantiam, etiam ipsorum discipulos, nolumus obligari. ¶ Addicientes quod ipsi sartores teneantur et eorum quilibet possit et debeat cum effectu ad solvendum dictas penas pro eorum discipulis facientibus contra predicta vel aliquod predictorum, de ipsorum mandato seu ipsis scientibus, et non contradicentibus. ¶ Et quod quilibet sartor habeat apud se dictam mensuram sextedecime partis brachii cum quo panni lanei venduntur et mensurantur in civitate Tuderti, ad hoc ut non erret circa scollaturas vestium mulierum. ¶ Et quod consules artis ipsorum sartorum teneantur vinculo iuramenti, et ad penam viginti solidorum cortonensium, saltem semel tempore cuiuslibet consulatus, iurare facere omnes sartores sue artis, et eorum discipulos consuetos, de observando omnia et singula capitula de hac materia loquentia, quatenus ad eos pertinet. ¶ Et quod nullus artifex faciat vel fieri faciat aliquid

Archivio Storico Comunale Todi

248v

de predictis ornamentis prohibitis sub pena vigintiquinque librarum cortonensium pro quolibet contrafaciente et qualibet vice.

De hiis que incumbunt domino potestati et capitaneo et de certis officialibus ad predicta deputandis. ~~et de processibus et aliis super predictis fiendis et promulgandis et aliis ad eandem materiam pertinentibus.~~ Cassa

CCXXI Item statuimus quod potestas et capitaneus civitatis Tuderti teneantur et debeant sub vinculo iuramenti et ad penam vigintiquinque librarum cortonensium pro quolibet eorum contrafaciente quolibet diebus dominicis et festivis mictere aliquem ex suis notariis cum aliquibus de sua familia ad ecclesias civitatis Tuderti et eius burgorum et subburgorum et ad alia loca ad que ipsis videbitur expedire ad perquirendum et scrutandum de facientibus contra predicta vel aliquod predictorum. Et cum dictis notariis et familia qualibet vice vadat unus sartor vel alia persona provida et honesta que ~~sive qua idem domini priores possint et debeant deputare~~ vel qui per dominos priores populi Tudertini fuerit ad hec spetialiter deputatus. que sive qui idem domini priores possint et debeant deputare cum eo salario et pro eo tempore de quo et prout ipsis dominis prioribus videbitur. per quem quidem sartorem seu aliam predictam personam mensurent indumenta et stollitature mulierum. Et quod in predictis casibus et quolibet predictorum stetur et credatur relationi dictorum notariorum et sartoris seu alterius ad predictum officium per dictos dominos priores ut predicitur deputati et ipsorum relatio pro legitima et sufficienti probatione habeatur. Et quod ipse dominus potestas seu capitaneus habeat quartam partem totius eius quod ipse dictis de causis vel aliqua earum cum effectu fecerit devenire ex relatione predicta. ~~in cameram dicti comunis~~ Una quarta parte camerarius dicti comunis sine aliqua appodissa propterea facienda eidem ad eius requisitionem solvere teneatur. Et quod quilibet possit contrafacientes quolibet in dictis casibus vel aliquo eorum

[Margin: quod tempore fuerint.]
[Margin: queritur]
[Margin: persone]
[Margin: in cameram dicti comunis]
[Margin: inventione et]

denuntiare et accusare, et habere debeat medietatem banni
quod dicta de causa devenerit in camera communis predicti et cuius nomen contra cel. denunp. vel accus.
in credentia teneatur. Cuius iuramento, in quolibet dictorum
casuum, cum uno teste de visu, credatur et stetur. Et
quod ipsi potestas et capitaneus, et quilibet eorum, de et
super omnibus et singulis suprascriptis contra quemlibet in aliquo
de dictis casibus delinquentes, procedere et cognoscere possint et debeant
breviter, summarie et de plano, ac sine strepitu et
figura iudicii, diebus quibuslibet, etiam si in honore dei
fuerint feriati per formam iuris, seu statuti dicti communis. Et
quod ab eorum processibus, seu sententiis, dicta de causa fiendis et
promulgandis, appellari seu recurri non possit, nec
etiam de nullitate opponi, statuto seu ordinamento
aliquo dicti communis, seu contrarium in contrarium loquentibus
non obstantibus. Teneantur etiam predicti potestas et capitaneus
suprascripta omnia et singula contenta in capitulis suprascriptis de
hac materia loquentibus quolibet mense banniri facere per
civitatem Tuder. in locis consuetis, ac et de ipsis inquirere.
Et si in predictis vel aliquo predictorum, aliquis eorum fuerit
negligens, pena quinquaginta librarum cort. ipso facto in-
currat. Teneantur quoque dicti domini priores qui
pro tempore fuerint, singulis annis, de mense Ian. et Febr.
eligere duos bonos viros in qualibet parrochia civi-
tatis Tudertine, qui denuntient, et denuntiare valeant
ipsis dominis potestati sive capitaneo, omnes et singulos
quos noverint aliquid facere contra predicta vel aliquod
predictorum.

De certis moribus et actibus prohibitis tempore mortis alicuius,
Et de pena contrafacientium, et de multis aliis ad ipsam
materiam pertinentibus. — Rubrica — c xlvi.

CCXXXI Item statuimus, quod nulla persona induat se de aliquo panno
coloris nigri propter mortem alicuius persone, excepta uxore
talis defuncti. Et quod homines euntes ad ecclesiam,
ad quam aliquod corpus mortuum deferetur, teneantur
deposito ipso corpore mortuo in ecclesia, statim inde discedere,

249v

Exceptis illis tm̄ q ipm̄ corpus ad ipam eccliam
detulissent. ¶ Et q post predicatu fuerit apud
domu de qua extractum fuerit ipm̄ corpus,
nullus veniat ad ipam domu. Nisi illi qui ve
nerit de cont. Tudy. vel qui fuissent absentes qn
ipm̄ corpus portatu fuerit ad eccl. ¶ Item
q nulla mulier vadat ad eccliam qn ad ea deferunt
aliquod corpus mortuum. nisi esset bigoca. ¶ Con
trafaciens uo i aliq dcoz casuu. i quadraginta solid.
cont. puniat. ¶ Item q nullu cadaver vel corpus
mortuum alicui psone q fuisset maioris etatis sex
annorum possit vel debeat sepelliri. nisi prius notificetur
p parte ~~[illegible]~~ talis defuncte p curie dni pota
tis vel capitis civitatis Tudy. q mittat unu de
notariis maiorum sue curie. et saltem duos de suis
beruariis ad domu in qua esset tale corpus mortuum.
Et n prius tales notis et beruarii venerint ad domum
predictam. quos quidem notarium et beruarios ipse potas. sive
capitaneus cui curie talis notificatio facta fuerit. statim
ad dicta domu mittere teneatur. qui notis et beru
arii ire debeant statim ad domu pdcam. et ab ipa
domo usque ad eccl. ad qua portaretur. et deinde cum
gente q tale cadaver associaverit. redeat usque ad ~~do~~ ipam do
mu ~~pdcam~~. et ibi tunc temporis respiciat et investiget
diligenter si aliquid fiet contra formam psentis capli.
¶ Et si tale corpus mortuum delatu fuerit ad eccliaz
an q tal notificatio facta fuerit. puniat heres talis
defuncte psigne ht. in solidis. Centum. cont. al.
puniat pater eius si supest. in pena pdca. ¶ Ad hanc
aut notificatioem teneri nolumus illos q habitant
extra portas civitatis vetulo. si ipam notificatio
quomodo face no potuerint dce curie an q corpus
ipm mortuum ad eccl. deferat. dummodo ipam
notificatioem faciat alicui de custodibus porte illi burgi
i quo esset tale corpus defunctum. ¶ Quo cum talis
custos dicta notificatioem ~~facere teneat sub pena~~
~~pdca~~ dce curie statim facere teneat. sub pena pdca.

[Margin notes:]
Possint tm aliq mulieres ire / ee ad sepelliendu quibz / corpus cuiuslibz femine mortue / q idea plurime mime icu / dant.
hdis vel ppqs
vel fem esset

¶ Verum si aliquis per suum nuntium faceret tale notificare
fieri dicto potestati vel capitaneo, sive cuicumque alicui ipsorum,
et deinde dicti officiales et berruarii quo suo tempore non ve
nerint ad domum predictam, eo casu tale corpus, postquam dicti
officiales et berruarii fuerint tempore debito expectati, lici
te et impune valeat sepelliri. et si de dicta requisitione fuerit
dubium, stetur et credatur iuramento talis nuntii. ¶ Et
quod tempore alicuius funeris, seu eius occasione, nulla persona extra domum
in qua erat, seu de qua tunc de proximo extractum esset
aliquod corpus mortuum, possit vel debeat aliquos cla
mores, stridores vel ullulatus facere, vel emictere alta
voce, aut se decapillare, vel carnes lacerare, vel manus
invicem percutere, sive faciem, vel aliam partem sui corporis
percutere, seu pannos sibi dilaniare, aut cappucium
vel birretum sibi de capite extrahere. ¶ Item quod
occasione alicuius funeris, non recipiantur aliqua exenia. Nec
fiat aliqua convivia in quibus intersint ultra quattuor
homines et sex mulieres, nisi venerint de extra civita
tem. Vel nisi fuerint inter ~~[illegible]~~ coniunctos talis defuncte
persone, usque in secundum gradum inclusive. ¶ Item quod
nulla mulier propter aliquod funus debeat cantare
sive repotare. ¶ Et quod tempore alicuius funeris, vel
eius occasione, non fiat aliqua predicatio alicuius laycalis et
secularis persone. ¶ Item quod postquam corpus mortuum por
tatum fuerit ad ecclesiam, et homines recesserint ab ecclesia, et
facta predicatione ipsis mulieribus, nulla mulier debeat
stare scapigliata, sed suum caput debeat coprire et
velare, ac velatum tenere, nec faciem suam laceret. alta voce
Nec manus adinvicem percutiat, nec stridores, cla
mores, vel ullulatus aliquos faciat, vel emictat ~~alta
voce~~. Nec sibi pannos dilaniet, sub pena centum
solidorum cortonensium pro qualibet contrafaciente. ¶ Et ad dictam
penam solvendam teneatur maritus pro uxore, pater pro filia,
et frater pro sorore. ¶ Item quod nullum corpus mor
tuum possit vel debeat portari in cassa ad ecclesiam
vel sepulturam, nisi esset miles, vel iudex iuris peritus,
vel uxor alicuius eorum, vel presbiter, sive alius cle
ricus in sacris ordinibus constitutus, ad penam quinquaginta.

